



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

Titulus VIII. Singualria Festorum Mensis Augusti, qui habet dies XXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39937

TITULUS VIII.
Singularia Festorum Mensis Augusti,
qui habet dies XXXI.

S. PETRI ad Vincula. Duplex mai. Col. Alb. Offic. ut in Comuni Apostolor. & proprio loco. 9. Lectio de ss. Machabæis MM. nisi veniat in Dominica; tunc enim 9. Lectio dic. de Dominica, Lectio autem de ss. Machabæis illò annò omittitur; in Laudibus tamen fit etiam tunc Commemoratio de iisdem ss. MM. at post Commemorationem de s. Paulo, & post Commemorationem de Domini- ca.

MISSA propria, cum Gloria, Credo, & Commemorat. de s. Paulo, nec non de Dominica, si quæ occurrat, ac tandem de ss Machabæis MM. Præf. de Apostol. In fine Evangel. Dominicæ, si Festum hodiernum veniat in Dominica. Col Alb. Ubi ss. Martyres Machabæi hodie occurrentes sunt Festum 9. Lectionum, adeoque (nisi fortè sint Patroni) transferuntur, ibi Lectio 8. hodierni Officij S. Petri ad Vincula dividenda est in duas, nisi hodie occurrat Dominica; tunc enim nona Lectio dicitur de Homil. in Evangelium Dominicæ. Porrò Officium de ipsis ss; Machabæis dicendum tunc est

fuo die, ut in Comuni Marty- mutatis tamen quibusdam, quæ non conveniunt; quia non pro Christo sunt passi. Lectiones autem I. II. Nocturni pro ipsis sumende erunt ex Dominica V. Octobris. Bauldry in Manual. Sac. Rit. recent. impress.

Ad 2. Vesperas Antiph: *Beatus Rex*, cum reliquis de laudibus Psalmi, ut in II. Vesperis de Comuni Apostolor. Caput. ac Hymnus cum Vers. ut in I. Vesper. Ad Magnificat Antiphona propria: *Sabre benente DEO &c.* Commemorat. de s. Paulo, ut in 1. Vesperis, postea de Dominica, si quæ hodie, aut cras occurrat, ac tandem de S. Stephano Pap. & Mart. de Comuni in Mart. Orat: *DEUS, qui nos beati Stephani Martyris tui, atque Pontificis annua benedictione, ut ibidem, ac sub lect. Col. Alb.*

Nisi cras faciendum sit de Festo 9. Lectionum, dicuntur hodie in Choro post Vesperas Diei (*Antiph. Benedicamus &c.* & omisso Versu *Fidelium anime*) *Vespera Desideriorum.*

Si autem crastina dies fir-
pedi-

festum Festo 9. Lctionum (seu occurrente, seu translato) tunc pridie alterius diei, in quo proximè fiet Officium de Festo Simplici, aut de Feria, vel de S. Maria in Sabbato, Vesperæ Defunctorum dictò modò dicuntur : recitari autem debent semper post Vesperas etiam Festi Duplicitis, si quod pridie illius diei occurrat, esto sit unum ex Majoribus, ut patet ex Tabula 19. Henrici Grossi, in qua post Vesperas secundas SS. Trinitatis, non obstante, quòd hæc sit Duplex 2. Classis, jubentur dici Vesperæ Defunctorum pro sequente Feria II. non impedita Festo aliquò 9. Lctionum. Vide tamen simul inferiùs dicenda.

In Societate JESU verò post Commemorationem de S. Paulo, ubi occurrit, vel concurrat Dominica, post Commemorationem de Dominica, hodie fit etiam Commemoratio de die 2. infra Octavam S. Ignatii in Laudibus, Missà, & 2. Vesperis, dicendo Antiph. Vers. & Orationem, uti in ipso Festo.

Quomodo ordinandum sit Officium hodiernum quoad Lctiones II. & III. Noctur. per Octavam in loco, in quo Festum S. Petri ad vincula celebratur cum Octava, vide in Octavario Romano fol. 152. Col. 2. & fol. 153.

2. S. STEPH. PAP. & M. SIMPL. C. R. Nisi hodie occurrat fieri Offic. 9. Lect. (v. g. de Dominica, aut de Festo 9. Lect.)

[Para II.]

ctionum, seu Translato, seu occurrente, uti in loco, in quo S. Stephanus Pap. & Mart. est Duplex, vel Semiduplex) vel de S. Maria in Sabbato, Officium, & Missa fiunt hodie de S. Stephano Pap. & Mart. sub Ritu simplici, & Col. Rub. in hunc modum : Ad Matutinum dicuntur Invitatorium, & Hymnus de Comuni un. Mart. Pontif. Antiphonæ, & Psalmi Feriales de Feria currente ; at Versus post Psalmos, uti & Absolutio, & Responsoria post primas duas Lctiones sumuntur ex eo Nocturno de Comuni un. Mart. qui respondet Feriæ currenti, nempe Feriâ II. & V. ex I. Noctur. de Commun. un. Mart. Feriâ III. & VI. ex II. Nocturno. Feriâ IV. ex III. Nocturno. Benedictio 1. Ille nos benedicat &c. 2. Cujus Festum colimus &c. 3. Ad Societatem &c. Lectio I. de Scriptura occurrente ; nisi ponendum sit Initium Parabolæ Salomonis nondum positum. II. & III. propriæ. Post III. Lect. dicitur Hymnus Te DEUM &c. Ad Laudes (in quarum fine dic. Suffragia Sanctor.) & per Horas omnia dic: ut in Comuni un. Mart. Pontific. etiam Oratio : DEUS, qui nos beati &c. cum Precibus Dominicibus ad Primam.

MISSA, uti notatur in Prop. Sanctor. cù Glor. sine Cred. Orat. 2. Fidel. 3. A cunctis. Præf. Commun. Col. Rub.

Ubi hodie fit Ritu Simpliciter de S. Stephano, aut, hoc cadente in sabbato

[H h]

Sabbatum, de S. Maria in Sabbato (cum Commemoratione tantum de S. Stephano Pap. & Mart. in 1. Vesperis, Laudibus ac Missa, & quidem in hac, post Orationem *Fidelium*, seu tertio loco) ibi dicto post Laudes diei *Benedicamus*, & *DEO gratias*, dicitur *Nocturnum Officij Defunctorum* correspondens Feriæ currenti, unâ cum Laudibus Defunctorum. In *Ecclesijs* quoque *Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicuntur tunc duæ *Missæ Conventuales*, una pro Defunctis (quotidiana) post Primam, alia de Festo Simplici, aut S. Maria in Sabbato post Sextam. In posteriore, si fiat de Festo Simplici, Orat. 2. est à *runctis*. 3. Adlibit. Si autem fiat de S. Maria in Sabbato, Orat. 2. erit de S. Spiritu. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. Præf. de B. V. In *Ecclesijs* autem non *Cathedralibus*, nec *Collegiatis* dicitur Missa de die currente, h. e. de Festo illo Simplici, aut S. Maria in Sabbato, si Festum Simplex in hoc incidat, cum Commemoratione generaliter pro Defunctis, per Orationem *Fidelium*, quæ sicut in *Missis* Defunct. dici semper debet ultimò loco, quando plures dicuntur orationes, ita in *Missis* Vivor: pen: loc.

Si hodie occurrat Dominica per annum, fit de ea, cum Commemoratione de S. Stephano Pap. ac Mart. in 1. Vesperis, *Laudibus*, ac *Missæ*, nec non 9. de eodem Lectione in *Officio*, faciendo ex duabus unam.

Col. Vir. Nisi currat aliqua Octava tunc enim color conveniens Octavæ & de eadem 1. Commemorati in *Officio*, & *Missæ* Dominicæ.

Ubi hodie factum est in Simplici de S. Stephano Pap. ac Mart. ibi hodiernæ Vesperæ dicuntur in tu Semidupl. de Inventione S. Stephani Protomartyr. (nisi ob occurrentem cras Dominicam debet transferri, aut ob occurrentem hodie Dominicam fieri debeat de Inventione S. Sephani in hod. Vesperis festivo Commemoratio) ut in Commemoratione un. Mart. ac propr. loco, nec cum Suffragijs; & cum precibus *Minicalibus* ad Completor. *Col.*

In Societate JESU (nisi occurrat *Dominica*, vel aliquando, alicubi fit hodie faciendum de Festo 9. Lectionum, seu *occurrete*, seu *trapolato*) fit hodie *Officium* & *Missæ* die 3. *infra* Octavam S. Ignatii in Ritu Semidupl. & *Col. Alb.* dicendo omnia in *Officio* ut in ipso Festo, præter Lectiones, quæ in 1. Nocturno sunt de Scriptura occurr. nisi ponendum sit Initium Libri *Parabolarum*. In 2. Nocturno autem (juxta ea, quæ tradit Gavantus in Prolegomenis Octavarum Romani in *Not. ad Rubr. XVII. de Lectionibus*) potest legi vel Sermo Joann Chrysostomi in Orat. de S. Philogonio Martyre: *Beati Ignatii* &c. prout is notatur tum in *Proprietate* Festorum Societatis. *fol. 69. v. 1. et c.*

etiam in ipso Breviario Romano in
 Nocturno de Communi Confes-
 sionis non Pontif. (utpote nondum
 lectus) vel legi potest Sermo ejus-
 dem S. Joannis Chrysofomi de eo-
 dem S. Philogon : *Ad hanc Beatam re-
 quiem &c.* prout is rursus notatur
 in Prop. Feslor. Soc. tum etiam in
 Octavario Romano tertia die infra
 Octavam Confessoris non Pontif. in
 II. Nocturn. ex quo si recitetur tunc
 Titulus illius Sermonis non est ita le-
 gendus : *De Sermonis S. Joannis Chryso-
 fomi (cum nondum de eo lectum
 aliquid sit) sed simpliciter sic : Sermo
 S. Joannis Chrysofomi &c.* ut rectè mo-
 net Gavant. suprâ 31. Jul. relatus in
 Nota ad cit. Rubr. XXVI. de Le-
 ctionibus. In III. Nocturno pariter
 juxta cit. Gavant. legi possunt Le-
 ctiones 1. & 2. vel de Homilia S.
 Gregorij Papæ : *Missis autem Predica-
 tionibus &c.* prout notantur in Octa-
 vario Romano 2. die infra Octav. E-
 vangelistarum in III. Nocturno (ut-
 pote nondum lectæ) vel de Homi-
 lia ejusdem S. Gregorij Papæ : *Predi-
 catio tanta in Deo debet &c.* prout no-
 tantur tum in Propr. Feslor. Soc. ad
 hunc diem ; tum in prædicto Octa-
 vario Romano die 3. infra Octavam
 Evangelistarum in III. Nocturno : 9.
 tamen Lectio dicenda est de S. Ste-
 phano Pap. ac Mart. (faciendò ex
 duabus unam) id quod addendum
 Proprio Societatis , annò 1708.
 impresso , si denuò id imprimatur.

Dominicâ infra Octavam S. Ignatij
 hodie occurrenre, fit hodie in Socie-
 tate JESU (nisi alicubi occurrat
 fieri de Festo duplici) *Officium* , &
Missâ de ea , cum Commemoratione
 Octavæ , & S. Stephani Pap. & Mart.
 cum 9. de eodem Lectione in Of-
 ficio ; & tam ad istud , quàm ad Mis-
 sam adhibendus Col. albus, etiam
 à Sacerdotibus externis apud nos ce-
 lebrantibus ex convenientia : lidè
 etiam in dicenda 2. & 3. Oratione
 nobis se possunt accomodare ex De-
 cret. S. R. C. de anno 1701. die 11.
 Jun.

Apud RR. PP. Ordinis minorû
 S. Francisci Seraph. celebratur hodie
 Festum Dedicationis Templi B. V.
 Angelorum , seu Portiunculæ , ad
 Assisium siti, at extra illum locum sub
 Ritu duplici major. possuntque hac
 die in omnibus Ecclesijs ordinis Se-
 raphici obtineri à præstantibus præ-
 standa celebres illæ Indulgentiæ,
 quas vocant *Portiuncula*. De quibus
 P. Georg. Gobat *Tom. 2. Tr. 4. P. 2.
 C. 6. à n. 350. & Alij.*

3. INVENTIO S. STEPHANI PRO-
 tomart. Semid. *Col. Rub.* Nisi ob-
 occurrentem hodie Dominicam de-
 beat transferri hoc Festum , *Officium*
 fit hodie de illo , ut in Communi
 un. Mart. & propr. locò. Missa
 propr. cum *Gloria*, sine *Credo*. Ora-
 tio 2. à *Cunctis*. 3. Ad libit. Præf.
 Commun. Ubi celebratur hoc Fe-
 stum Ritu duplici 2. Classis (ut
 [Hh 2] Vien-

Viennæ Austriæ in Æde summa S. Stephani) aut Ritu duplici 1. Classis (ut Passavij) tanquam de Patrono, ibi in *Missâ* dicitur *Credo*, & in *Vesperis* fit hodie de sequenti solummodo *Commemoratio*. *Col. Rub.*

Si hodie factum est Ritu semiduplici de *Inventione* S. Stephani, hodiernæ *Vesperæ* dic: in Ecclesia universali integræ de S. Dominico Conf. non Pontif. ut ibi, cum *Commemoratione* S. Stephani per propr. *Antiph.* & *vers.* &c., uti notantur in loco. Si *occurrat*, aut *concurrat* cum *Dominica*, fit hujus ante S. Stephanum *Commemoratio*. In *Hymn.* *Vesperarum* mutatur 3. *Vers.* *Col. Alb.* In *Societ. JESU* in hodierno *Officio*, & *Missâ* fit suis locis *Commemoratio* de die 4. infra *Octav. S. Ignatij*.

Ubi S. DOMINICUS est *Patronus Ordinis*, aut *Ecclesiæ*, ibi celebratur Ritu duplici 1. Classis, & cum *Octava*, nec fit *Commemoratio* de Festo præcedenti in hodiernis *Vesperis*, nisi id fuerit 1. aut 2. Classis, fit tamen etiam ibi *Commemoratio* *Dominicæ* subsequenter, esto fieri non debeat *Dominicæ* antecedentis, id est, hodie *occurrentis*. *Col. Alb.*

4. S. DOMINICI Conf. & *Sacr. Ordin.* *Prædicatorû* *Fundatoris*. *Dupl. min. Col. Alb.* In *Officio* dic. omnia, ut in *Communi Confess.* non *Pontif.* excepta *oratione* propr. & *Lectio-*

bus, quæ in I. Noctur: dicuntur in *Scriptur.* *occurrente*, nisi præcedum sit *Initium* *Parabolar.* *Salm.* nondum positum. In II. Noctur: uti notantur in loco. In III. de mil. S. Gregor. in *Evangel.* *Sicut in* *ibi*, de *Communi Conf.* non *Pontif.* 1. locò. In *Hymno* *Iste Confessor* mutatur 3. *Vers.* Si veniat *Dominica*, fit de hac *Commemoratio*, cum 9. *Lectio* de *Homil.* *Evang. Dominicæ.*

MISSA, uti notatur in *proprietatibus* cum *Gloria*, sine *Credo*, non est *Patronus Ordinis*, aut *Ecclesiæ* &c. *Orat.* unica, nisi veniat in *Dominica*; tunc enim fit *Commemoratio*. *Dominicæ*, dicitur in *Credo*, & *ultim. Evangel.* de *Dominica*. *Præf. Commun. Col. Alb.*

VESPERÆ in Ecclesia universali dic: de Festo seq. S. MARIE ad *nativitatem* ut in *Officio* parvo B. V. & *proprietatibus* locò, necnon in *Vesperis* *solemnibus* ad *intonationem* *Hymni Ave Mariæ* *la &c.* observandò id, quod *superius* die 23. *Januar.* circa *fin.* pro *comminationibus* *Vesperis*, quæ *solemniter* de B. V. decantantur, *annoravi*, cum *Commemoratione* S. *Dominici*, & *Dominicæ* *occurrentis*, vel *concurrentis*. Ubi autem *Festum* B. V. ad *Nativitatem* est *Titulus Templi*, ibi in hodiernis *Vesperis* non fit quidem *Commemoratio* de S. *Dominico* (nisi ubi *ibi* est 1. vel 2. *Classis*) bene tamen de *separata* *Dominica*, si quæ *cras* *occurrat*, *proprietatibus*

tamen de Dominica hodie occurren-
s, nec de die aliqua infra Octa-
vum. Ad Completor. in fine Hym-
ni. dic: *UBIQUE JESU Tibi sit Gloria, qui
natus es &c. Col. Alb.*

Ubi S. Dominicus est Patronus
Ordinis, aut Templi, adeoque 1. Clas-
sis, ibi ordinatur Officium, ac Missa
de hoc Sancto hodie, & per Octa-
vum eò proportionaliter modò, quò
suprà 31. Julij; & Diebus autè infra Octa-
vum, quibus fit de Octava, dicun-
tur in II. & III. Noctur. Lektionen,
prout notantur in Octavario Roma-
no infra Octavam Confessoris non
Pentecostis à fol. 416. & fol. 424. ob-
servando simul ea, quæ die memorat
31. Jul. Occasione Octavæ S. Ignatij
sunt annotata. Cæterum non de-
fuit Breviaria Venetijs impressa, in
quibus per totam Octavam ordina-
tur modus dicendi Officium de S.
Dominico infra ejus Octavam, ubi
celebratur cum Octava.

In Societate JESU fit in ho-
die Office, ac Missa Com-
memoratio de die 5. infra Octavam S.
Ignatij.

S. DEDICATIO S. MARIÆ ad
Nives. dupl. majus. Col. Alb. Office: ut
in proprio loco, & ejus Office
parvo. In fine Hymnor: dic. *JESU
Tibi sit Gloria, qui natus es &c.
& in Responsor. brevi ad Primam:
Qui natus es de Maria Virgine &c. Missa:
Salve. Sancta Parens &c. ut in votiv.
B. M. V. à Pentec. usque ad Ad-*

ventum, cum Gloria & Credo. Orat.
unica, nisi alicubi occurrat simplex,
aut veniat in Dominica; tunc enim
de his fit in Office, & Missa suis locis
Commemoratio, cum 9. de iisdem
Lectio (si tamen Simplex propri-
am habet) & ultimo Evangelio de
Dominica occurrente in Missa. Præ-
fat. de B. V. *Et Te in Festivitate B.
Mariæ &c. Col. Alb.*

Vespera in Ecclesia universali
integræ dicuntur de seq. Festo Trans-
figurationis Domini, cum Com-
memoratione B. V. ad Nives, & SS.
Xysti, ac Socior. Martyr. ut ibi;
diciturque etiam ad Completor. in
fine Hymni: *JESU Tibi sit Gloria, qui
Te revelas Parvulus &c. Col. Alb.*

Si occurrat, aut concurrat cum
hoc Festo aliqua Dominica, fit eti-
am de hac suis locis Commemora-
tio, nec non in utriusque occurfu
9. Lectio, & ultimum de eadem
Dominica Evangelium. In Socie-
tate JESU fit pariter suis locis Com-
memoratio de die 6. infra Octavam
S. Ignatij, non tamen ibi, ubi Trans-
figuratio est Festum Titulare Eccle-
siæ, uti Augustæ.

Ubi Festum B. V. ad Nives
est Titulare Templi (uti est Salis-
burgi) adeoque 1. Classis, & cele-
bratur cum Octava, integræ Vesperæ
hodie dicuntur de B. V. cum Com-
memoratione de sequenti, & Do-
minica tantum, si quæ hodie occur-
rat, aut cras sequatur: infra Octa-
vam-

vam autem dic. Lektionen II. & III. Nocturni, prout notantur in Octavario Romano à fol. 50. & 84.

6. TRANSFIGURATIO Domini Nostri JESU Christi. Duplex. maj. Col. Alb. In Officio omnia sunt propria. 9. Lectio, nisi veniat in Dominica, dic: in Ecclesia universali de Ss. Xysto, & Soc. MM. cum Commemoratione eorundem in Laudibus. In fine Hymnorum dic: JESU Tibi sit Gloria, qui te revelas &c. & in Responsor. Brev. ad Primam: Qui apparuisti hodie.

MISSA propr. cum Gloria, & Credo, & Commemoratione de Ss. Xysto, ac Soc. MM. Præfat. de Nativitate Domini, sine ejusdem Communicantes.

In II. Vesperis, dicendis ut ibi, sit Commem. S. Cajetani Confess. (pro quo Antiphona Propr. *Quærite primiam &c* in utrisque Vesper.) & S. Donati Episcop. ac Martyr. Oratio utriusque propria. Col. Alb. Si etiam Dominica occurrat, aut concurrat cum hoc Festo, sit quoque de ea, ante Commemorat. de Simplici, Commemoratio. Idem est de die infra Octavam, si quæ occurrat, aut concurrat cum hoc Festo ibi, ubi istud non est Titulus Templi; nam ubi Transfiguratio est dupl. 1. Classis, ibi non fit Commemoratio de die infra Octavam non Privilegiatam seu occurrente, seu concurrente cum illo.

Ubi Transfiguratio est Titulus

Templi (ut est in Templis S. Salvatoris, unde & à Gavant. in Octavario Romano Festum S. Salvatoris dicitur) adeoque 1. Classis, & celebratur cum Octava, ibi nihil fit in Officio, quàm in Missa de Festo Simplici tam hodie occurrente, quàm etiam cras subsequente, & loco Lektionis nonæ (de S. Xysto, & Socijs) dicitur Lectio illa S. Joannis Chrysostomi: *Tu verò Matthæi Philipiam considera &c.* desumpta ex mil. 57. in Matthæum, & extra in Octavario Romano post Octavam Trinitatis fol. 19. nisi Transfiguratio veniat in Dominica; tunc etiam ibi, ubi est 1. Classis, 9. La. in Officio, & ultim. Evangel. in Officio dic: de Dominica occurr. sitque curat. de eadē Dominica (occurren. etiam Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa. Partim dō fit in 2. Vesperis Transfigurationis in ejusmodi loco etiam Commemoratio de Dominica subsequente, quando Transfiguratio venit in Sabato, non autem de Dominica antecedente, quando ea, ubi est 1. Classis, venit in Feria 2.

Infra Octavam verò in locis ubi Transfiguratio celebratur cum Octava, Lektionen II. & III. Nocturni dicuntur (si quidem fiat de Octava) prout notantur in cit. Octavario Romano à fol. 20. usque ad 36.

In Societate JESU (excipit illa ejus Templa, in quibus Transfiguratio

Figuratio est Festum Titulare Ecclesie, uti Augustæ Vindelicorum) fit hodie in *Laudibus*, & *Missa* locò competenti Commemoratio de die infra Octav. S. Ignatii, in 2. autem Vesperis hodierni Officij fit Commemoratio de die Octava ejusdem S. Ignatii, ut in I. Vesperis Festi, & post eam etiam Commemoratio S. Donati Episcopi & Martyris, ut in

Ubi S. Cajetanus est Patronus Ordinis, aut Ecclesie, ibi hodie integra Vesperæ dic. de illo sub Ritu dupl. i. Classis sine Commemoratione Transfigurationis, & S. Donati; fit tamen in illis Commemoratio Dominicæ sequentis, si quæ cras occurrat, esto non fiat Commemoratio Dominicæ antecedentis, si quæ hodie occurrat.

7. S. CAJETANI, Confess. dupl. min. Col. Alb. In Officio omnia dic. de Communi Confess. non Prof. Exceptis Lectionibus quæ in I. Noctur. dicuntur de Script. diei cur. In II. & III. verò prout notantur in loco cum 9. Lectione de S. Donato (nisi veniat in Dominica) nec non oratione, & Antiph. ad *Beatus*, & ad *Magnificat*, quæ eisdem sunt propr. In *Laudibus* fit Commemoratio S. Donati Episcopi & Martyr. ut ibi. Si cadat in Dominicam hoc Festum, tunc nona Lectio dicitur de Dominica, atque etiam ultimum Evangelium de ea-

dem Dominica in *Missa*; de S. Donato verò tunc tam in *Officio*, quam in *Missa* fit solummodo sub locò post Commemorationem Dominicæ Commemoratio: sive autem cadat in Dominicam, sive extra Dominicam Festum hodiernum S. Cajetani, convenienter, ut notat Pisartus, utroque in Casu nona Lectio de Homilia hujus Festi (desumpta ex Dominica 14. post Pentecost. & incipiens à verbis: *Ideo, inquit, dico vobis*) jungitur Lectioni Octavæ ejusdem Homiliæ incipienti ab his Verbis: *Sed qui servit Mammonæ &c.* faciendo ex duabus hęc modò unam, prout reipsa conjunctæ de facto cernuntur in recentioribus Breviarijs die 7. August. Rationem convenientiæ pro hoc & similibus Casibus insinuat Gavarr: Tom. 2. f. 5. c. 12. n. 18. juxta dicta Mense Jan.

MISSA (quæ in recentioribus Missalibus extrat in ordine) *Os Justi*, de Communi Confessor: non Pontif: exceptò 1. Evangelio: *Nemo potest duob. &c.* quod sumitur ex Dominica 14. post Pentecost. In ea fit Commemoratio S. Donati Episcop. ac Martyr. diciturque *Gloria* sine *Credo*, nisi veniat in Dominica; tunc enim non modò dic: *Credo*, sed dicitur etiam de Dominica 9. Lect. in *Officio*, & ultim. Evangel. in *Missa*, cum ejusdem Dominicæ Commemoratione in utrisque Vesperis, *Laudibus*, ac *Missa* ante Commemora-

mo

morationem de S. Donato. Præfat. Commun. Col. Alb.

In II. VESPERIS (in quibus Oratio, & Antiphona ad Magnificat: *Querite primum*, ut in I. Vesper. Festi, reliqua ut in 2. Vesperis de Commun. Confess. non Pontif.) fit Commemoratio de Festo Semidupl. sequente, ut ibi, nisi id veniat in Dominica; tunc enim eò translato fit Commemoratio Dominicæ sequentis. Col. Alb.

Ubi S. Cajetanus tanquam Patronus Ordin. aut Templi est dupl. 1. Classis, ac celebratur cum Octava, ibi in Officio, & Missa nihil fit de Festo simplici, ordinaturque Officium, & Missa tam hodie, quam infra Octavam ad eum proportionaliter modum, quò suprà in Festo SS. Ignatij, & Dominici 31. Julij, & 4. August. nisi quòd in III. Noctur. quando Officium fit de Octava, infra Octavam, & in die Octava legantur Lectiones eadem, quæ in Festo, si propriæ à S. R. C. approbatæ non habeantur, ut notat Gavant, in Prolegomenis ad Octavar. Roman. in Annotationibus ad Tit. VII. de Octavis ante finem.

In Societate JESU (translatò S. Cajetanò in diem proximam non impeditam) Officium fit hodie de die Octava S. Ignatij sub Ritu duplic. min. dicendo omnia ut in Festo, præter Lectiones, quæ sunt in I. Noctur. de Scriptura currentis diei.

In II. Noctur. de Sermone S. Bernardi Abbatis) nempe *Serm. 2. de S. V. Gaudete in Domino Dilectissimi &c.* tantum in Proprio Festo, tantum in Octavario Romano infra Octavam de Comuni Confess. Pontif. à fol. 422. In III. Noctur. Homilia ven. Bedæ Presbyteri Commentar. in Luc. *Sicut docuit Apostolos &c.* prout notantur tum eodem Proprio Festo. S. J. tum cit. Octavar. Roman. infra Octavar. Evangelistarum in 3. Noctur. à fol. 220. cum nona Lectione de S. Donato Episcop. ac Martyr: nisi Dominica S. Ignatij veniat in Dominica, tunc enim nona Lectio in Officio ult. Evangel. in Missa dic. de Dominica, cum ejus Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, eadem Missa: de S. Donato tunc fit solummodo Commemoratio in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa post Commemorationem Dominicæ. In II. Vesperis fit Commemoratio de Festo Semidupl. sequente, nisi id cadat in Dominica; tunc enim non de illo (utpote translato in diem proximam non impeditam) sed de Dominica fit Commemoratio. Col. Alb.

8. Ss. Cyriaci, Largi, & S. Ragdi MM. Semidupl. Col. Rub. Officio omnia dic. ut in Commun. plur. MM. exceptâ oratione, quæ est propria, & Lectionibus, quæ in I. Noctur. dic. de Scriptura currentis diei.

current. in II. & III. Nocturn. prout
cantantur in Proprio Sanctorum. Ad
Laudes dic. Suffragia Sanctorum, &
ad Primam Preces Dominicales,
nisi currat aliqua Octava. Missa
prop. cum Gloria sine Credo, nisi
currat alicubi aliqua Octava requi-
rens Credo. Orat. 2. à Cunctis. 3. Ad
Vot. nisi veniat infra aliquam O-
ctavam, aut transferatur in Vigiliam
S. Laurentij; tunc enim in 1. Casu
Orat. 2. est de Octav. 3. Conc. uti con-
stat ex Rub. Gen. IX. Missal. n. 7. &
per. 19. Sept. in posteriore verò Casu
in Missis privatis 2. Orat. est de Vi-
gilia, & de eadem Vigi-
lia, dicitur tunc etiam ultimum E-
vangelium in Missis privatis, ac 9.
Lectio in Officio, cum ejusdem
Commemoratione in Laudibus mo-
do mox infra referendò, ubi etiam
de ordinandis, tunc Missis conven-
tualibus. Præfat. Commun. Col.
Rub.

VESPERÆ (nisi cras facien-
dum sit de Dominica, aut aliquan-
do, vel alicubi de Festo 9. Lectio-
num) dicuntur hodie integræ ut
in 2. Vesperis plurim. Martyr: de
Ss. Cyriaco, & Soc. MM. cum Com-
memoratione S. Romani Martyris,
ut ibi, & (nisi currat aliqua Octava)
cum Suffragijs, seu Comemorationi-
bus Communibus Sanctorum, ac
Precibus Dominicalibus ad Comple-
tur. Quòd si cras occurrat Do-
minica, aut faciendum sit de Festo

semiduplici, vel de Die aliqua infra
Octavam, Vesperæ hodiernæ dic. à
Capitulo de Sequenti, cum Com-
memoratione Præcedentis, & S. Ro-
mani Martyris; Integræ verò di-
centur de Sequenti, cum Comme-
moratione præcedentis, & S. Romani,
si cras faciendū sit de Festo duplici
min: vel mai: alicubi occurrente, aut
translato. Color Festo sequenti conveniens.

Quòd si Festum hodiernum
Ss. Cyriaci &c. occurrat in Domi-
nica, transfertur in Feriam II. sub-
sequentem (nisi in illa faciendum
sit de Festo alio novem Lectionū, seu
Duplici, seu Semidupl. occurrente, vel
etiam Duplici translato) & tunc Feriā
illā 2. in Officio hodierni Festi dic.
9. Lect. de Homil. in Evangelium
de Vigilia, cum Commemoratione
hujus (ante Commemorationem
de S. Romano) in Laudib. & Mis-
sis privatis, in quarum fine etiam
dicitur tunc Evangel. de eadem Vi-
gilia. Oratio propria, ut in proprio
loco. Quomodo verò Ordinandæ
sint Missæ Conventuales in tali Casu,
paulò post dicetur.

Quando Festum S. Laurentij
incidit in Feriam II. (uti hòc annò
1711.) Commemoratio S. Romani
fit in 1. Vesperis, Laudibus, ac Mis-
sa Dominicæ cras occurrentis, Jeju-
nium autem Vigilia anticipatur tunc
ad Sabbatum hodie occurrens, in
quo celebratur Festum Ss. Cyriaci
& Socior. MM. ut supra, cum Com-

[Pars II.]

[11]

me-

memoratione tamen *Vigilia* in Laudibus, ac Missis privatis cum 9. de eadem Lectione in Officio, & ultimo de illa *Evangelio* in Missa. Non tamen perinde anticipatur tunc Annuntiatio *Vigiliae* in Martyrologio, sed fit ut alijs annis, teste Gavanto alibi citato. In Ecclesijs autem Collegiatis, ac Cathedralibus dicuntur tunc hodiernò Sabb. duæ Missæ, una de Ss. Martyribus (in qua 2. Oratio à *Cunctis*. 3. Ad libitum, & in fine *Evangel.* S. Joann. *Col. Rub.*) Altera de *Vigilia* sine *Gloria* & *Credo*. Oratio 2. *Concede*. 3. *Ecclesia*, vel pro Pap. ult. *Evangel.* S. Joann. *Col. Viol.* Vide Rubric. Missal. post Missam de Ss. Cyriaco &c. Si crastina dies sit prima dies Mensis Augusti non impedita Officiò novem Lectionum, tunc hodie in Choro post *Vesperas* diei (dictò *Benedicamus* &c. omisso Versu *Fidelium anima* &c.) dicuntur *Vespera Defunctorum*.

9. VIGILIA S. LAURENTII Mart. *Jejunium de Præcepto*. Officium (nisi faciendum sit de Festo 9. Lectionum, seu occurrente, seu translato) fit hodie Ritu feriali simplici de Feria currente, ut in Psalterio. Lectiones tres de Homilia Vigil. ut in propr. Loco. Responsoria ex Feria currente, nisi sumenda sint ex I. Noctur. Dominicæ præcedentis, eò quòd nondum primò sint posita. Ad Laudes, & omnes Horas dicuntur *Preces feriales flexis* (saltem in Choro)

genibus. Orat. propr. Commemorati. de S. Romano Martyr. (*Prælo quasumus Omnipotens DEUS: ut mundentè &c.*) item de Cruce, ut in Psalterio, & postea consueta Suffragia Sanctorum in *Laudibus*: in quibus Antiphonæ, Psal. & Vers. de Feria currente, ut in Psalter. *Col. Viol.*
 MISSA propr. sine *Gloria* & *Credo*. Oratio 2. (nisi ratione Missis, aut Feriæ II. 2. Loco dicendum sit *Fidelium*) de S. Romano Martyr. 3. *Concede*, uti notatur post Dominicam in Albis. Eos, quibus alioquin à Sede Apostolica cessum est, ut semel vel pluries in hebdomadibus aut Mensibus possint diebus, Festo 9. Lectionum non impeditis, dicere Officium, & Missam de certo aliquo Mytherio, aut Sancto, non posse id facere in ejusmodi Indulti in hac, aut quavisque alia *Vigilia*, constat ex Decretis S. R. C. suprâ in *Vigilia S. Marcellini* Apost. die 23. Febr. allegato. Quod si ratione Mensis aut Feriæ II. in Missa hodierna dicendum sit *Psalmum*, dicetur id 2. locò, 3. autem Oratio tunc erit de S. Romano Martyr. si lubeat dicere 5. aut 7. Oratio tunc enim Oratio de S. Romano obtinet 2. locum; penultimum vero *Fidelium* juxta alibi dicta. *Prælo* Commun. In fine *Benedicamus*, & *Evangel.* S. Joannis. *Col. Viol.* Quod si hodierna dies sit prima dies mensis Augusti, non impedita Officiò 9. Le-

tionum, tunc hodie, dicto post Lau-
 dium dicitur benedicamus &c. & DEO Gratias,
 immediate dic. Nocturnum Defunctorum
 correspondens Feriæ currenti,
 cum Laudibus Defunctorum. In
 Ecclesijs quoque Cathedralibus &
 Collegiatis dic. tunc duæ Missæ
 Conventuales, una pro Defunctis (Quo-
 tidiana) post Primam; altera de
 Vigilia post Sextam, & in hac Orat.
 2. De S. Romano. 3. Concede. In
 Missis autem privatis (dicendis de
 Vigilia) Orationes dic. ut supra,
 nempe 2. locò *Fidelium*, & 3. de S.
 Romano. Quò modò dic. Missa
 Conventualis quoque, quando hæc
 Vigilia incidit in Feriam II. Si ra-
 tione Mensis jam antecedenter di-
 ctum est Officium Defunctorum. Si
 Festum sequens S. Laurentij
 venerit in Feria II. Commemora-
 tio de S. Romano fit in Officio, &
 hodiernæ Dominicæ. Vigilia
 autem una cum Jejunio anticipatur
 ad Sabbatum præcedens, seu diem
 VIII. Augusti, in qua celebratur
 Festum Ss. Cyriaci, & Soc. MM. di-
 cendo de ipsis Officium, & Missam
 sub Ritu Semidupl. cum Commemo-
 ratione Vigil. in Laudibus (pro qua
 Anaphora, ac Vers. de Psalter. ex Fe-
 riæ current.) & Miss. nec non cum
 9. Læctione de eadem Vigilia in Of-
 ficio, & ultimo de eadem Evangel.
 in Missis privatis, in quibus Gloria
 sine Credo. Oratio 3. *A cunctis*. Præ-
 fat. Commun. *Col. Rub.* At verò in

Ecclesijs Collegiat. & Cathedralibus
 dicuntur tunc duæ Missæ Conven-
 tuales modò heri declaratò. Vesperæ
 autè illius Sabbati tunc à Capitu-
 lo dicuntur de sequente Dominica,
 cum Commemoratione Festi præce-
 dentis, nec non S. Romani Martyr.
 cui subjunguntur Suffragia Consue-
 ta Sanctorum. *Col. Vir.* Aliàs autem dic. hodiernæ
 Vesperæ in Ecclesia universali de
 sequenti Festo S. Laurentij Martyr.
 sub Ritu duplic. 2. Classis, uti no-
 tantur in propr. locò. *Col. Rub.* In
 Vesperis solemnibus, de S. Lauren-
 tino cantatis, ad Intonationem Hy-
 mni: *DEUS tuorum militum &c.* Of-
 ficiator jungit, extendit, & elevat
 manus, ac Caput inclinat versus
 Altare, uti ex Libr. 2. Cæremonial.
 Episcop. monet Bauldry P. 2. c. 11.
 a. 1. n. 25. Ubi ait, idiptum esse fa-
 ciendum, quoties principium alicu-
 jus Hymni inchoatur per invocatio-
 nem DEI, vel Christi. Quò si ho-
 die factum sit de Festo duplici mi-
 nore, fit quidem in Ecclesia univer-
 sali de illo in hodiernis Vesperis
 Commemoratio, uti & de Dominica
 subsequente, si quæ cras occurrat,
 non tamen de Dominica, aut de Fe-
 sto semiduplici hodie occurrente, vel
 celebrato; at verò in propria Ec-
 clesia, seu ubi tanquam Patronus
 Titularis celebratur S. Laurentius
 sub Ritu duplici 1. Classis, ibi nec
 de duplici minore hodie celebratò
 fit

fit Commemoratio in hodiernis Vesperis; bene tamen de Dominica subsequente, si quæ cras occurrat.

Quæres: An, ubi abrogatum est Festum S. Laurentij quoad forum, seu obligationem audiendi sacrum, & abstinendi ab opere servili, abrogata sit etiam Vigilia ejus Festi? R. Quæstionem hanc discuti à P. Gob. Tom. 1. Tr. 5. n. 120. Quem Vide.

10. S. LAURENTII Martyr. Duplex 2. Classis. Col. Rub. In Officio omnia propr. Si incidat in Dominicam, dicitur 9. Lectio de Homil. in Evangelium Dominicæ current. cum hujus Commemoratione in Laudibus.

MISSA pariter propria, cum Gloria, sine Credo (nisi in propria Ecclesia, aut nisi veniat in Dominica) Orat. Vnic. Præfat. Communis. Si incidat in Dominicam, fit de ea Commemoratio etiam in Missa, & in fine hujus dic. tunc Evangel. Dominicæ current. Col. Rub.

VESPERÆ II. in Ecclesia universali de eodem S. Laurentio, uti in proprio Loco, & Commun. un. Martyr. in 2. Vesperis, cum Commemoratione Ss. Tiburtij & Susannæ MM. de Communi plurim. MM. cui Commemorationi præmittitur Commemoratio de Dominica sequente, si hodie sit Sabbatum, Col. Rub. Quod si cras alicubi occurrat Festum Pa-

troni, aut Dedicacionis propriæ Ecclesiæ, Vesperæ dicuntur integre sequenti, cum Commemoratione Laurentij, & sequentis Dominici tantum, sine Commemoratione Tiburtij, & Susannæ, ac Dominici hodie currentis, & tunc Col. Rub. crastino conveniens.

11. SECUNDA DIE INFRA OCTAVAM S. LAURENTIJ, nisi in eam incidat dies Dominica, Officium in Ecclesia universali fit (attamen in semiduplici) de S. Laurentio, ut in Festo, nisi quod Lectio Noctur. sumantur de Scripturis current. nisi ponendum sit in Libri Sacr. Scriptur. (v.g. Ecclesiasticum) nondum positum. In II. aurem Noctur. dicuntur, ut in proprio loco hac die, cum 9. Lectio de Tiburtio & Susanna, eorumque Commemoratio in Laudibus, Col. Rub.

MISSA, ut in Festo, cum Gloria, sine Credo (nisi in propria Ecclesia) Orat. 2. de Ss. Tiburtio & Susanna. 3. Concede, ut recitatur post Dominicam in Albis. Præfat. Commun. Col. Rub. Si dies infra Octavam S. Laurentij incidat in Dominicam, Officium, & Missa dicuntur de Dominica, cum Commemoratione Octavæ, Sanctorumque Tiburtij, ac Susannæ MM. in Laudibus, & Missa, cum 9. Lectioe ejusdem Ss. MM. in Officio. Col. Rub. Hac die Celebratur alicubi Fe-

Festum S. Tiburtij Martyr. sub Ritu duplici minore, ob insignes de eo Reliquias: cum autem hac eadem die simul occurrat S. Susanna habens unam cum S. Tiburtio Riturum simplicem in Ecclesia universali, quæritur ex me fuit, an omittenda sit in tali loco in *Laudibus*, & *Missa* Commemoratio de S. Susanna: an vero (post Commemorationem de Octava S. Laurentij) etiam de hac Virgine & Martyre ibi sit facienda? Mihi (salvo meliore iudicio) videbitur facienda, cum 9. de eadem sancta Lectione, ut in Breviario, incipiendo illam ab his verbis: *Hoc de Juliana Virgo &c.* Tamen si enim Rubrica penultima extans post Tabulam occurrence dicat: *Si alterum festum sit tantum simplex*, id non esse transferendum, sed *omittendum*; videtur tamen Rubrica illa loqui commodò de Festo Patroni, aut Titularis, quod est duplex 1. Classis, & omnem Festi simplicis Commemorationem excludit: hanc autem non perinde excludit duplex minus: consequenter simplex in eo occurrens, habensque Riturum simplicem in Ecclesia universali, Jus suum ad Commemorationem de se faciendam non amittit, si illud aliud Festum in Ecclesia aliqua particulari obtineat Riturum dupl. minor. sed manet in sua possessione.

VESPERÆ de S. Clara Virg. sub Ritu duplici min. ut in Comuni

Virgine cum Commemoratione Octavae S. Laurentij Martyr. Col. Alb. Quædam Missalia ac Breviaria annò 1700. & 1708: alicubi impressa assignant pro Officio & Missa S. Clarae Orationem, quæ incipit: *Famulos tuos, quesumus Domine &c.* verum quia illa in recentioribus Missalibus, & Breviarijs, etiam Romæ (ut inde huc Scriptum) approbata, non reperitur, sed Oratio: *Exaudi nos DEUS salutaris noster* (de Comuni Virginum non Martyrum) in ijs assignatur, ideo hæc posterior, non illa prior ab utentibus Breviario Romano tam in Officio, quam in Missa erit recitanda.

Ubi Festum S. Clarae celebratur sub Ritu duplici 1. aut 2. Classis, ibi non fit Commemoratio de Octava S. Laurentij in hodiernis Vesper. 12. S. CLARÆ Virg. duplex min. Col. Alb. Officium ut in Comuni un. Virg. tantum, exceptis Lectionibus (quæ in I. Noctur. sunt de Scriptura current. In II. omnes tres nunc propriae. In III. *Simile erit Regnū Calorum decem &c.* de Commun Virg.) In *Laudibus* fit Commemoratio d. Octava S. Laurentij, ut ibi.

MISSA: *Dilexisti &c.* de Comuni Virg. tantum, cum *Gloria sine Credo.* Oratio ex eadem Missa: Commemoratio de Octava S. Laurentij. Præfat. Commun. Col. Alb.

In II. VESPERIS omnia, ut in



I. excepto Versu, Qui hodie est: *Diffusa est Gratia &c.* Commemorat. Octavae S. Laurentij, & Ss. MM. Hippolyti, & Cassiani, ut ibi. *Col. Alb.*

Ubi S. Clara celebratur sub Ritu duplici 1. Classis, nec in Missa, nec in Officio fit aliquid de Octava S. Laurentij, etiam in 2. Vesperis, uti nec de Ss. MM. Hippolyt. & Cass. Ubi verò celebratur sub Ritu dupl. 2. Class. ibi nulla quidem fit Commemoratio de Octava S. Laurentij in 1. Vesperis, nec in Laudibus, ac Missa, fit tamen de illa (uti et de Festo simplici sequente) Commemoratio in II. Vesperis, dummodo cras fiat Officium de dicta S. Laurentij Octava: si enim cras non fiat Officium de Octava S. Laurentij, tunc etiam in II. Vesperis non fiet de illa Commemoratio in ejusmodi loco, bene tamen de Ss. MM. Hippolyt. & Cassian. Ubi Festum ejusdem S. Clarae celebratur cum Octava, Lectiones II. & III. Noctur. dic. uti notantur in Octavario Romano infra Octavam Virginum à fol. 462. & 470.

Ubi S. Cassianus Episcop. & Martyr. est Patronus Diocelanus (uti est Ecclesiae Brixinensis in Tiroli) adeoque duplex 1. Classis, ibi hodie integræ Vesperæ dicuntur de illo, sine Commemoratione S. Clarae, Octavae S. Laurentij, & S. Hippolyti: fit tamen Commemoratio de sequente Dominica, si quæ

cras occurrat, non tamen de Dominica hodie occurrente, si hoc, ut aliud duplex 1. Classis incidat in Feriam II. Fuisse autem hunc S. Cassianum (esto in Breviario Martyrologio Romano præcibetur Martyr) Episcopum simul, & Martyrem, Episcopum quidem Sebinae [vulgò *Seben*] Celebrari tunc temporis Germaniæ urbe, cui cum acolis à se conversæ omnium primus datus fuerat Episcopus à Patriarcho Aquileiensi apud Brixentas, antequam inde Sedes Episcopalis quadragesimis, & amplius post annis à S. Adriano transferretur, postea verò, Episcopali sua Sede à Paganis expulsum, simul etiam Martyrem ad Forum Syllæ in Italia, quod alio nomine etiam Forum Cornelium, ac *Imola* dicitur, non modò constat ex Proprio Diocelano Brixinensi, sed ex Commissione Clementis Pap. VIII. à Sac. Rituum Cong. approbato, sed etiam eruditè ostenditur à nostro P. Mattheo Raderio P. 3. Bavaricæ Sanctæ in principio.

13. Die 4. infra Octavam S. Laurentij Martyr. Officium, & Missa (nisi crastina Vigilia cum suo sequenti anticipetur ad hanc diem) dicuntur eò proportionaliter modò, quò die 11. hujus, cum Commemoratione, & 9. Lectione de Ss. Hippolyto & Cassiano MM. &c. *Col. Rub.* Quod si autem crastina Vigilia occurrat in



Dominica, tunc hodie ordinatur Officium, & Missa eò Modò, quò alioqui hujus, & etiam Jejun. tunc pariter anticipatur ad hodiernam diem; non tamen perinde anticipatur Antiphonario Vigiliæ in Martyrologio, sed (ut ibi monet Gavantus) fit sicut alijs annis.

Ubi Festum S. Cassiani Epif. Martyr. est dupl. I. Classis (ut in Diocesi Brixinensi) ibi nihil fit de S. Hippolyto Martyr. tam in Officio, quàm in Missa, juxta Rubricam, quæ extat post Tabulam occurrence circa finem: pari modo in Officio, & Missa nihil ibi fit de Octava S. Laurentij, neque etiam de Vigilia B. V. Assumptæ, quando ea anticipatur ad diem hodiernam in Casu, quò Festum B. V. assumptæ venit in Feria II. Unde erratum est in quibusdam Editionibus Proprij Missar. Diocesis Brixin. die 13. Aug. quod ea, quæ ibi dicuntur post finem Missæ.

Qualis autem Missa votiva de S. Cassiano, & reliquis Ss. Patronis Ecclesie Brixinensis (nempe Ingenuino, & Albuino) infra annum dicenda sit, habetur in eodem Proprio Missarum Ecclesie, seu Dioceseos Brixinens. in fine illius.

Vesperæ (nisi cras occurrat Dominica, aut aliquando, vel alibi Festum 9. Lectionum) de Octava S. Laurentij, ut in 2. Vesperis Festi, cum Commemoratione S. Eu-

sebij Episcop. Confess. tantùm, per Antiphonam, Vers. & Orationem (DEUS, qui nos Beati.) ut in primis Vesperis Confess. Pontif. Col. Rub.

14. VIGIL. Assumpt. B. M. V. Jejunium de Præcepto. Nisi hodie fit faciendum de Dominica, aut Festo 9. Lectionum, Officium fit Ritu semiduplici de die 5. infra Octavam S. Laurentij, ut in Festo. Lectio I. Noctur. de Scriptura current. II. & III. Noctur. uti notantur hâc die, cum 9. Lectione de Homil. Vigiliæ, ut ibi, ejusdemque Commemoratur, in Laudibus (cum Antiphona, & Vers. de Psalterio ex Feria currente, ac propria Oratione) nec non S. Eusebij Confess. Pontif. ut in Communi Confess. Pontif. Col. Rub. Missa verò etiam Conventualis dicitur tunc de Vigilia, uti notatur in loco, sine Gloria, & Credo (etiam in Ecclesia S. Laurentij) cum Commemoratione Octavæ S. Laurentij, & S. Eusebij Confess. Pontif. Præf. Commun. In fine Benedicamus, & Evang. S. Joannis: cum autem in tale Casu Officium, & Missa discordent, ideò tunc Color Altaris (h. e. Antependij) sequitur Officium, adeoquæ est ruber; at verò Color Paramentorum Celebrantis, nempe Casulæ, Stollæ, ac Manipuli, nec non Thecæ Corporalis, ac veli calicis debet esse conformis Missæ, adeoque esse violaceus. Gavant. To. I. & Arnaud. ad Tit. 18. in Rubricas Missal. Excipiunt ta-

men

men Missam solennem; pro hac enim convenit, ut *Pallium* etiam Altaris (vulgò *Antependium*) concordet cum colore Paramentorum Missæ; adeoque ejus color tunc sit *Violaceus*.

Eos, quibus alioquin à Sede Apostolica est concessum, ut semel, vel pluries singulis Hebdomadibus, vel Mensibus possint dicere *Officium*, & *Missam* de certò aliquò Mystero, aut Sancto, diebus Feslò aliquò dupl. aut semiduplici non impeditis, non posse id facere vi hujusmodi sui privilegij in diebus *quarumcumq; Vigiliarum*, constat ex Decreto in *Vigilia S. Matthiæ* allegato. Si hodie dicenda sit *Missæ* votiva de B. V. dicenda est *Missæ* de *Vigilia*, ut in *Missal.* in *Param. Viol.* Quòd si *Vigilia* hæc incidat in *Sabb.* non propterea dicendù est *Glor.*

Quando hodierna *Vigilia* occurrit in *Dominica*, tunc hodie fit *Officium* de *Dominica* infra *Octavam S. Laurentij*, cum *Commemoratione Octavæ*, & *S. Eusebij* in 1. *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missæ. Col. Rub.* *Jejunium* autem *Vigiliæ* tunc anticipatur ad diem 13. *Augusti*, in qua *Officium* fit *Ritu* semiduplici de die 5. infra *Octavam S. Laurentij*, uti in hujus *Feslò*, cum 9. *Lectio*ne de hodierna *Vigilia*, & cum *Commemoratione* de eadem, necnon de *ss. Hippolyto*, & *Cassiano MM.* in *Laudibus. Col. Rub.* *Missæ* autem (etiam *conventualis*) tunc dic. de *Vigilia*, sine *Gloria* & *Credo* (etiam in

Ecclesia S. Laurentij) cum *Commemoratione Octavæ S. Laurentij*, & *ss. Hippolyti*, & *Cassiani.* *Præter Commun.* In fine *Benedicamus* Evangel. *S. Joannis. Color* Altaris *ber* (extra *Missam Conventualis* Paramentorum autem *Missæ Violaceus*, modò paulò antè relarò.

Quòd si hodie alicubi occurreret fieri de *Feslò* 9. *Lectio*num tunc in *Officio* dicenda foret 9. *Lectio* de *Vigilia*, & de eadem, post *Commemorationem* de *Octava S. Laurentij*, facienda *Commemoratio* (nisi esset *Festum* 1. *Classis*) atque etiam *S. Eusebij Episcop.* *Vesp.* in *Laudibus*, & *Missæ*, eodem modò. An verò in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicendæ tunc forent 2. *Missæ conventuales*, una de *Feslò* post *Tertiam* (cum *Commemoratione Octavæ*, & *S. Eusebij tantum*, non ult. *Evangel. S. Joannis*) altera de *Vigilia* (in *Paramentis Violaceis* cum *Oratione* 2. de *S. Spiritu. Ecclesia*, vel pro *Pap.* sine *Gloria*, & *Credo*, ac cum *Benedicamus*, & *ultima* *Evangel. S. Joan.* in fine) post *Sacramentum* videretur dubitari posse; nam cum tantum *Missam conventualem* in tali *occurrentia* esse dicendam, videretur innuere *Rubrica Generalis III. Missæ* *salis* in fine numeri 2. ubi loquens de *Vigilijs*, & *Ferijs majoribus* infra *Octavam* venientibus sic decernit: *Si autem in die Vigilia, vel prædictis Ferijs fiat Officium de aliquo Feslò* (ut po-

itur fieri in nostro Casu) tunc dicitur
Missæ de Festo, cum Commemoratione
Octavæ, & Vigilia, & Feriarum prædi-
carum: quæ verba absolute prolata
non minus de Missa solenni, seu con-
ventuali, quam de privatis erunt ac-
cipienda; cum Rubrica hîc non pe-
tente faciat mentionem de 2. Missis
conventualibus dicendis in Ecclesijs
Collegiatis, ac facit paulò antè pro
Casu, quòd Vigilia venit infra Octa-
vam S. Corporis Christi. Esse au-
tem supra dictò modò dicendas duas
Missas conventuales in ejusmodi Eccle-
sijs in ejusmodi Casu non modò tunc,
quando Vigilia occurrit infra Octa-
vam Corporis Christi, sed etiam
infra Octavas alias (v.g. S. Lauren-
tij in nostro Casu) in quibus Offi-
cium sit de aliquo Festo 9. Lectio-
num, suadere videtur paritas cum Fe-
sto S. Leonis Pap. Confess. in quo
 præfixa Rubricam, ejus Festo imme-
diate præfixam, si celebretur infra
Octavam S. Joannis Baptistæ, sunt
quidem Missæ privatae de illo, cum
Commemoratione Octavæ S. Joann.
Baptistæ, & Vigiliæ Ss. Petri & Pau-
li, in Ecclesijs autem Collegiatis
dicuntur tunc duæ Missæ, una de Fe-
sto, cum Commemoratione Octavæ S.
Joannis, & 3. Oratione: Concede; al-
tera de Vigilia, cum oratione 2.
Concede. 3. Ecclesiæ, vel pro Pap.
æquo similiter duæ Missæ (modò su-
pra dictò) dicendæ erunt, si infra
Octavam fiat Officium de Fe-

[Pars II.]

sto 9. Lectionum. Libenter equi-
dem intelligam Disparitatem, aut Mo-
dum utramq; illam Rubricam inter se
concordandi. Ad hoc meum Dubium
respondit quidam Anonymus in Ma-
nuscripto: Standum sibi potius videri
pro Rubrica generali, alteram au-
tem in ordine Missalis positam pro
Festo S. Leonis esse specialem, quæ
ad alios Casus extendi non debeat:
adeoque non tam concordandas es-
se, quàm cuilibet suum locum relin-
quendum: atque hoc suum Respon-
sum confirmat paritate Casus mox
referendi in Festo Assumptionis, cui ce-
dere quidem debet quodcumque aliud Fe-
stum occurrens, etiam Dedicacionis: quæ
Dispositio tamen ad alia Festa 1. Classis
non extenditur. Ita ille. Oppositum
verò sentit Henr. Pisart in Tract.
cui Titulus: Sacerdos Evangelicus,
Part. I. Tit. 3. n. 7. ubi sic scribit:
Quòd si in diem infra Octavam, in quam
simul incidit Vigilia, cadat aliquod Festum
9. Lectionum, tunc in Ecclesijs Cathedra-
libus, & Collegiatis cantanda sunt 2. Mis-
sæ, una de Festo cum Commemor. Octavæ,
non Vigilia, & altera de Vigil. sine Commem-
mor. Festi, vel Octav. In Missis autem pri-
vatis (quæ, uti & summa Missæ Ec-
clesiarum Conventualium non Cathedra-
l. & non Collegiar. dicuntur
de Festo) 2. Oratio est de Octava 3.
de Vigilia. Hæc ibi Pisartus, dupli-
ci nixus fundamento, 1. quòd putet
id inferrî ex Rubrica præfixa Festo S. Leo-
nis Papa die 28. Jun. 2. Quòd id gene-

[K k]

nerali-

valiter videatur prescribi Tit. III. Rubricar. General. Missalis num. 1. Verum contra posteriorem hanc Rationem est, quod ipse Pisartus ibidem n. 2. cum Gavanto agnoscat, Rubricam illam III. Missalis num. 1. non loqui de Die infra Octavam, sed de ipsa Die Octava tantum: consequenter ex ea non satis probatur intentum: contra priorem verò Rationem Pisarti est, quod eadem Rubrica n. 2. (ubi recte Gavanto ex instituto agit de Die infra Octavam) particulæ illæ: *Si autem in die Vigiliæ &c.* hanc Rem non tam non nihil obscuram facere videantur, quàm eam contra ipsum ex ejusdem Principijs decidere: faterur enim ibi, Rubricam Missalis allegatam numero 2. absolute dicere, quod Missa in Casu posito dicatur de Festo, nulla facta mentione (NB.) de Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis; initio autem illius Tituli ita scribit: *Hæc verba:* In Vigilijs autem & Ferijs &c. numero 2. hujus Rubrica posita, cum sint generalia, respiciunt tam privatas, quàm alias Missas: etenim Rubricarum finis est dirigere privatas aequè, ac solennes Missas: hinc ubi non ponitur exceptio, vel aliunde aliud certò non constat, à Locutione generali excipiendam non est. Quòd autem Rubrica specialis Festo S. Leonis præfixa non sit extendenda ad alios Casus (præsertim si generalis commodè salvari, aut explicari alioqui nequeat) rectè videtur eiam observatum à contrariæ opi-

nionis Patrono, in cuius Sententia etiam ego propendeo, usque intelligam, aliter sentire S. Antonium Congregationem, aut aliud huiusmodi Ecclesijs; præsertim in Gavanto. in cir. III. Rubricam Missalis. Lit. I. distertè scribat: *In recognitione Missalis notatas esse diligenter se presente, duas Missas, quando dicitur, in proprijs locis.*

Vespera sub Ritu duplici Classis dic. hodie de Festo Assumpt. B. M. V. & Psalmi quidem, in Officio parvo B. Mariæ: relictus in proprio loco, sine aliqua Commemoratio, nisi Dominicæ, si quæ fuerit, non autem hodie occurritur. Ad Completor. in fine Hymni. *IESU Tibi sit Gloria, qui natus es* & sic terminantur omnes Hymni ejusdem Metri per totam Octavam, etiam in Festis. Col. Alb. In Vesperis utrisque solemnibus ad Invocationem Hymni: *Ave Maria* Officiator supra proximum Altarum gradum genuflectit usque ad finem Strophæ, aliæque observat dupliciter.

23. Jan. circa finem annotata. Notandum, quòd Duplex quocumque etiam Patroni, aut Tituli Festiva; vel Dedicationis ejusdem, occurrens in Festo Assumptionis B. Mariæ xta Rubricam Tabulæ occurrence subscriptam debeat Transferri in diem Festo 9 Lectionum non impositam. Quòd si hodie factum

de Festo duplici 1. aut 2. Classis (v. Dedicacionis) sic de illo in hodi-
nis Vesperis (integre dicendis de
B.V.) tantum Commemoratio,
autem de Festo duplici Classis
prioris, si quod hodie occurrat.
Tunc concurr. post citanda. Oratio, quæ
in Officio, & Missa de Assumptione
B.V. dicitur, non est terminanda
per verba: Per eundem Dominum (ut
peperam quædam habent Missalia
&c.) sed juxta Rub. gen. IX. Miss.
17. per Verba: Qui tecum vivit &c.

15. ASSUMPTIO B.M.V. dupl.
1. Classis, & juxta heri dicta privi-
legium contra quodcumque aliud
Festum hodie occurrens. Col. Alb.
Officium, ut in proprio loco, & e-
jus Officio parvo, sine Commemo-
ratione Octavæ S. Laurentij. Ad
Primam dic. in Responsor. Brevi
Vers. Qui natus es de Maria Virgine,
sic per totam Octavam etiam in Festis.
Si hodie occurrat Dominica, dic. de
Hieronymo. Lect. in Offic. & ultimū
de ead. Dominica Evangel. in Missa,
cum Commemorat. ejusdem solius
in laudibus, ac eadem Missa: quæ dic.
ut notatur in proprio loco, cum
Gloria, Credo & Præfat. de B.V. Et
in Assumptione, & sic per totam Oc-
tavam, etiam in Festis, ac Missis
votis, nisi hæ propriam habeant
Præfationem. Col. Alb.

In Pluribus nostræ Germa-
nie locis sic hodie Benedictio Herba-
rum: quod autem Ritu illa sic facien-

da, suum quemque docebit Rituale
Diocesanicum: nostrum Sacerdotale
seu Rituale Brixinense (revisum,
ac de novo editum annō 1710.)
eum tradit P. 2. cap. 17. cum sub-
juncta utili admonitione de cavendo,
ne superstitionis mulierculæ,
& plebeculæ Rebus Sac. & Benedictis
abutendo, id, quod ad salutem Corp.
& Animæ salubriter ordinatum est,
contra Ecclesiæ constitutionem ad
perniciem Corporis & Animæ diabo-
licè usurpent. Quid autem univer-
sim circa Benedictiones sacras sit ob-
servandum, traditur in Procemio e-
jusdem Partis secundæ. Nunc ul-
terius

Nota hic primò, infra Octa-
vas B. M. V. non esse conveniens,
ut ijs diebus, quibus sit Officium de
Octava, dicatur de B. V. Missa ejus
Votiva, sed dicendam de ea esse
Missam convenientem Officio Octa-
væ, cum Gloria & Credo. Nota se-
cundò, si infra Octavas B. M. V. fiat
Officium de Sancto, & eò die Missa
votiva privata dici debeat de B. M.
V. dicendam esse festivam de Octa-
va, oratio Gloria (extra Sabbatum)
& Credo, atque in fine dicendo: Bene-
dicamus. Gavanti. Tom. 1. P. 1. Tit.
4. lit. P. fin. & Tit. 14. fin. Arnaud.
Tr. 1. P. 1. Tit. 4. n. 6. Lohner
Instr. 1. P. 4. Tit. 2. §. 1. n. 9. Pi-
sart. Sacerdot. Evangel. P. 1. Tit. 4.
n. 10.

In II. VESPERIS omnia, ut in
Lex-

[Kk 2]



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

L. excepta Antiphona ad *Magnificat*, (ut notat cum Gavanto cit. Arnaudus id intelligitur ceteris paribus, habet ratione Personarum juxta prædictos ritus, & Majoritatis Ritus. Neque obstat 2. quod in primis Vesperis Commemorationis S. Pauli in propria Ecclesia Vesperæ sint integre de S. Paulo; tum quia ibi est Concursus inter æquales; tum quia non habetur Specialis Rubrica, ad quam alluditur in Rubrica Generali. Cuius de concurrentia Officij verbis illis: *Nisi aliter in proprijs locis annotetur.* Gavanto. vide dicenda inferius P. II. Tit. 3.

Quod si cras alicubi occurrat Festum 1. Classis (v.g. Patroni, aut Dedications propria Ecclesia, ut aliquando contingit hic Oeniponti in Templo provinciali B. V. auxiliatricis transpontano) sit de illo in hodiernis Vesperis (de Assumptione dicendis) solummodo Commemoratio, & post illam folius insuper Dominicæ cras subsequenter, non autem Dominicæ hodie occurrentis. Errant ergo (inquit ex Gavanto Arnaudus Tr. 2. P. 1. Tit. 11. n. 3.) qui in Ecclesia propria B. Rochi de eodem, ut Patrono, recitant hodie 1. Vesperas, cum Commemoratione Assumptionis B. V. eò quod huic ex Rubr. Gener. XI. de concurr. Officij n. 2. debeantur integre Vesperæ: nam licet utrumque Festum sit 1. Classis, dignior tamen est B. Virgo B. Rochi.

Neque obstat 1. quod ibidem in fine dicatur: *Festa illorum Sanctorum, qui in proprijs locis, vel Ecclesijs solenniter celebrantur, alijs in Calendario (Romano) descriptis esse præferenda: quia*

Cæterum dubitatur quando fuit: an Officium de B. Rochi, nondum Canonizato, nequæ à Sede Apostolica Beatificato, post Alexandrum III. defuncto (anno 1327.) in Concilio autem Constantinensi inter Beatos habito anno 1440. recitari possit; & negotiò magis discussò Sac. Rit. Congreg. censuram concedendam esse Missam, & Officium in die ejus Festo (incidente in diem 16. Aug.) at in Ecclesijs, & Eremitarijs, habentibus reliquias Ecclesiarum, in honorem ipsius DEO dicatis, non autem extra hæc loca. Die 4. Julij, & clariora Die 26. Novemb. 1629. apud Gav. Tit.

16. S. HYACINTHI Conf. duplex min. Col. Alb. In Officij summa (etiam oratio: *DEUS, qui nos Beati*) dic. ut in Communi Confess. non Pontif. In Hymno *Iste Confess.*

mutatur 3. Versus. In I. Noct. Ritu duplici 1. Classis De reli-
c. Lectiones de libro Scripturæ quo
hoc tempore occurrentis, ita tamen,
si hesternum, aut hodiernum Fe-
stum occurrit in Dominica tertia
Augusti, tunc Lectiones de Initiõ
Libri Sapientiae (ponendæ alioqui
Dominica III. Augusti) ponantur
hodie in I. Nocturno, & de eodem
Libro Sapientiae legatur etiam in
die Octava S. Laurentij, nec non
in Festo S. Bernardi, & post Octa-
vam Assumptionis B. V. si superfit
dies, usque ad sequentem Domini-
cam exclusivè, dicendo Lectiones
de Festo Currente ex dicto Sapientiae
Libro assignatas. Lectio II. Noct.
prop. III. *Sint Lumbi*, de Communi
Confess. non Pontif. In Laudibus
fit Commemoratio Octavæ Assum-
tionis, & Octavæ S. Laurentij; quæ
tamen duæ Commemorationes o-
mittuntur ibi, ubi hodie S. Hyacinthus,
aut B. Rochus celebrantur.
Ritu duplici 1. vel 2. Classis: ut-
riusque autem tam in *Missâ*, quàm in
Laudibus præmittitur Commemora-
tio de Dominica hodie occurrente,
& de eadem legitur etiam 9. Lectio
in hodierno Officio, & ultimum E-
vangelium in hodierna *Missâ*, quan-
do hoc Festum occurrit in Domini-
ca: quæ Dominicæ Commemoratio
cum 9. Lectione in *Officio*, & ultimo
Evangelio in *Missâ*, etiam ibi non
est omittenda, ubi hodie celebratur
S. Hyacinthus, aut B. Rochus sub

Ritu duplici 1. Classis De reli-
quo

MISSA est: *Os justis*, de Commu-
ni Conf. non Pontif. cum oratione
1. ex eadem *Missâ*, *Gloria*, *Credo*, &
Commemoratione utriusq; Octavæ.
Præfat. de Octava Assumpt. *Et te in
Assumptione &c.*

In II. VESPERIS à Capitulo fit
de die Octava S. Laurentij Mart. sub
Ritu duplici minore, ut in I. Vespere-
ris Festi (excepta oratione, quæ
est propria) cum Commemoratione
S. Hyacinthi, & Octavæ Assump-
tionis, ut in II. Vesperis Festi. *Col.
Rub.*

17. DIES OCTAVA S. LAUREN-
TII Martyr. Duplex min. *Col. Rub.*
In Officio omnia, ut in Festo, præ-
ter orationem propriam, & Lectio-
nes, quæ in I. Noctur. dicuntur de
Libro Scripturæ hoc tempore occur-
rentis, ita tamen, ut, si hodie occur-
rat Dominica III. Aug. tunc Lectio-
nes de Initiõ Libri Sapientiae (assi-
gnatæ alioqui Officio Dominicæ
III. Augusti) ponantur in I. Noctur-
no hodierni Officij, & de eodem
Libro Sapientiae legatur etiam in
Festo S. Bernardi, & post Octavam
Assumptionis B. V. si superfit dies
usque ad sequentem Dominicam IV.
exclusivè, dicendo Lectiones Feriæ
currenti ex dicto Sapientiae Libro in
Breviario assignatas. Lectiones II.
& III. Nocturni propriæ. In Lau-
dibus fit Commemoratio Octavæ
Assumpt.

[Kk 3]

Assumptionis, & ante hanc Dominica, si quæ hodie occurrat, cum 9. de ead. Lect. in Officio, Eiusdemque Commemoratione, & ultimo Evangelio etiam in Missa, eò proportionatius modò, quò heri dictum.

MISSA propria, in qua oratio: *Excita Domine &c.* cum Gloria & Credo, ac Præfat. de Octava Assumptionis. In 2. Vesper. Com. Octav. Assump. & S. Agap. M. Col. Rub.

18. Nisi hodie occurrat Dominica, aut alicubi faciendum sit de Festo 9. Lectionum, sit hodie Officium, & Missa sub Ritu semiduplici de die 4. infra Octavam Assumptionis. Lectiones I. Noctur. de Canticis Cantorum, uti notantur hac die. II. & III. Noctur. pariter propriæ, ut ibi, cum 9. Lectione de S. Agapito Martyr. ejusque Commemor. in *Laudibus & Missa*, in qua *Glor. & Cred.* ac 3. oratio de S. Spiritu. Col. Alb.

Si hodie occurrat Dominica, sit Officium, & Missa de ea, cum Commemoratione Octavæ, & S. Agapiti Martyris tantum in Officio, & Missa, nec non cum 9. Lectione de eodè S. Mart. in III. Noct. Col. Alb.

19. Die 5. infra Octav. Assump. Offic. & Miss. fiunt ut heri (cũ *Gl. Cr. & Præf. de Festo*) nisi quòd nihil in illis fiat de S. Agap. ac proinde in Missa 2. oratio sit de S. Spiritu. 3. Ecclesia, vel pro Papa, si fiat Officium, & Missa de Octava; si verò fiant de Dominica hodie occurr. tunc in Offic. & Missa

quidem Commemoratio Octavæ sit non tamen dicatur tunc in Missa tunc Oratio. Col. Alb. etiam tunc, quomò sit hodie de Dominica.

VESPERÆ hodie, sunt de S. Bernardo Abbate (ut in 1. Vesperie Commun. Conf. non Pont.) sub Ritu duplici min. Oratio *Intercessio &c.* ut in Comuni Abbat. cum Commemoratione Octavæ Assump. B. V. & ante hanc etiam Dominica, si quæ hodie, aut cras occurrat, in Ecclesia universali. Col. Alb. Acubi Festum S. Bernardi celebratur sub Ritu duplici 1. Classis, ibi nec hodie, nec cras sit Commemoratio die infra Octavam, nec de Dominica hodie occurrente, bene rama de Dominica cras subsequente.

20. S. BERNARDI Abbat. duplex min. Col. Alb. In Officio omnia dicuntur, ut in Comuni Conf. non Pontif. Oratio: *Intercessio &c.* in Comuni Abbat. Lect. in 1. Noctur. de Libro Scripturæ hoc tempore occurrentis, ita tamen, ut eò annò, quò Dominica III. Augusti incidit vel in diem Assumptionis B. Mariæ, vel in diem Festum S. Hieronimi, vel in diem Octavam S. Laurentij (adeoque juxta Rubricam Dominicæ III. Augusti præfixam reliquò istorum dierum positum sit Inicium Libri Sapientie) hodie in 1. Noct. dicantur quidè Lection. de eodem Libro Sapientie, sed illæ, quæ Feriæ hodie occurrenti in Breviario

viri Romano assignantur. Lection. II. Nocturni propriae. In III. Nocturn. dic. uti notantur vel in proprio loco, vel die 6. infra Octavam Ss. Apostol. Petri, & Pauli 4. Jul. In *Laudibus*, & *Missis* fit Commemor. Octav. Assumpt. B. V. in Ecclesiâ universalî, non tamen ibi, ubi S. Bernardus est duplex i. Classis. Si hodie occurrat Dominica, fit i. Commemoratio de ea in *Laudibus*, ac *Missis*, & de eadem legitur etiam in hac ult. Evangelium, ac 9. Lectio in officio: quæ Dominicæ Commemoratio, cum 9. de eadem Lectione, & ultimo Evangelio respectivè in *Missis* & officio etiam ibi non omittitur, ubi S. Bernardus est dupl. i. Classis.

MISSA, uti notatur, cum *Gloria*, *Credo*, & Commemoratione Dominicæ, si quæ hodie occurrat, nec non Octavæ Assumpt. nisi ubi S. Bernardus est dupl. i. Classis; ibi enim juxta dicta non fit Commemoratio de Octava, bene tamen de Dominica hodie occurrente. Præf. de Octava Assumptionis. *Col. Alb.*

In II. VESPERIS fit Commemoratio Dominicæ, si quæ hodie occurrat, & post eam Octavæ Assumption. nisi ubi S. Bernardus est Duplex. i. Classis; ibi enim fit quidem Commemoratio Dominicæ hodie occurrentis, aut cras subsequenter, non tamen diei infra Octavam Assumpt. *Col. Alb.*

21. DIE VII. infra Octavam Assumptionis B. V. Officium & Missa ordinantur, ut die 19. hujus usque ad Vesperas. Vesperæ autem dic. de die Octava Assumption. B. M. V. dicendo omnia sub Ritu duplici, ut in i. Vesperis Festi, cum Commemoratione Dominicæ hodie occurrentis, aut die crastina subsequenter (si quæ hodie, aut cras occurrat) nec non Ss. Timothei, & Socior. MM. ut ibi. *Col. Alb.*

22. Dies Octava Assumption. B. M. V. Dupl. min. juxta Director. Roman. & Decr. S. R. C. infra citand. *Col. Alb.* In Offic. & Miss. omnia dic. ut in Festo, exceptis Lectionibus, quæ omnes dicuntur, uti notantur in loco, cum Com. & 9. Lect. de Ss. Thimotheo, & Soc. MM. nisi quando dies Octava Assumpt. venit in Dominica; tunc enim, ommissa Lectione de istis Ss. Martyribus, dic. hodie 9. Lectio de Homilia occurrentis Dominicæ, & de eadem fit etiam prima Commemoratio in *Laudibus*, ac *Missis*, in qua tunc etiam dic. ultim. Evangel. de eadem Dominica. Extra Romanam, & loca morem Romanum imitantia, prænuntiatur hodie ad Primam in Martyrologio *Vigilia* S. Bartholomæi, Romæ verò 23. Augusti.

MISSA dic. uti in Festo, cum *Gloria*, *Credo*, ac Commemoratione Ss. Timothei, & Socior. Mart. (at tamen post Commemorationem de Do.

Dominica, si quæ hodie occurrat) nec non Præfat. de B. V. Et Te in Assumptione &c. In fine Evangel. Dominicæ, si quæ hodie occurrat, alioqui S. Joannis, Col. Alb.

In II. VESPERIS (quæ Rubr. & ex Dispositione nova S. R. C. de anno 1691. 11. Augusti integræ dicendæ sunt de die Octava Assumption.) fit Commemoratio de Festo duplici sequente S. Philippi Benicij Confess. (habente propriam orationem) uti & de Dominica, si quæ hodie, aut eras occurrat. Col. Alb.

Ex eo, quod Dies Octava B. V. suas secundas Vesperas non dividat cum sequen. Festo duplici, sed eas sibi totas vendicet, inferri vult Nonnemo, haud rectè Diei Octava B. V. assumptæ, aliisque Similibus adscribi verba: Duplex min. sed adscribendum hujusmodi Diebus Octavis esse: Duplex æquivalenter majus: talis, enim, inquit, est etiam Octava Corporis Christi, nec tamen in Rubrica notatur; vel, si est duplex minus, quomodo habet Ritum duplicis majoris? verùm Auctoritati Directorij Romani (quod tam Diei Octava Nativitatis B. V. quàm Diei Octava ejusdem Assumptionis adscribit verba: Duplex minus) suffragatur auctoritas S. R. C. apud Pisart Dir. can. Tit. 1. Reflexion. 6. ubi ita scribit. Quotiescunque pro Officio aliquo Concessus reperitur Ritus duplex absque expressione majoris vel minoris, concessio intelligenda est de duplici mi-

nore per annum, etiam si ad hoc Deipara extiterit facta. S. R. Cong. 11. Novembr. 1683. Omnia inærim ista duplicia B. V. Maria (idem est et Octavis) concurrentia cum alio die minore habent Vesperas integras. Sacra Cong. die 11. Augusti. 1691. Habens Pisart. Qui Tit. 7. de Octava interpretatione 10. postea hæc præcipit: Quo ad dies Octavas Festi B. V. Maria, Octav. habentium S. Cong. 11. Aug. 1691. expressè statuit, eas in Concursu duplicibus minoribus per annum non esse habere Vesperas integras. Hæc nunc exprimitur in noviss. Breviarij Romani Tit. XI. de concurrentia Officij n. 1. Hæc rursus prædictus Auctor. A. qui (subsumo) si dies Octava Festi B. V. essent Duplicia majora, non fuisset opus aut S. Cong. Decretum aut Rubricâ illâ novâ decerni, ut in concursu cum sequente die minore integræ de die Octava Vesperæ dicantur, utpote aliunde jam indubitatum. Vide dicta P. I. f. 203.

Quando Festum S. Bartholomæi Apostol. venit in Feria II. tunc Vigilia ejusdem cum Jejunio anticipatur ad hodiernum Sabbarum hodiernum 22. August. in quo in Officio hodiernæ diei Octavæ dic. 9. Lectio de Homil. Vigilia, cum eadem Commemoratione in Laudibus, et Missis privatis ante commemorat. Ss. Timotheo, & Soc. nec non cum ultim. Evangel. in iisdem Missis privatis; at verò in Ecclesijs Cathedralibus

liber & Collegiatis dicuntur tunc
dicitur *Missæ conventuales*, una de Octa-
væ post Tertiam, cum Commemora-
tione de Ss. Timotheo & Soc. MM.
sanctum, & in ea dic. *Gloria & Credo*.
Præfat. de Assumpt. & in fine Evan-
gel. S. Joan. Col. Alb. Altera de Vi-
gilia post Nonam sine *Gloria & Cre-
do*. Orat. 2. *Concede* 3. *Ecclesia*, vel
Pap. uti norantur post Domini-
cum in Albis. Præfat. Commun.
In fine *Benedicamus*, & Evangel. S.
Joan. Col. Viol. Rubric. *Missalis hîc*.
Annuntiatio tamen *Vigilie*, facienda
ad Primam in Martyrologio, non
penitende tunc anticipatur, sed fit ut
alijs annis, nempe 22. Augusti. Ga-
rant. ubi citatur ad *Regulas Martyro-
log.*

23. Ubi Festum S. Bartho-
mæi Apostol. celebratur die 24. Au-
gust. ibi hodie est *Vigilia S. Bartho-
lomæi Apostol. cum Jejunio de prae-
cepto*, nisi hodie occurrat dies Domi-
nica; nam tunc *Vigilia* cum *Jejunio*
anticipatur ad Sabbarum præcedens,
nempe diem 22. Augusti, ut paulò
ante dictum. Quia verò hodie si-
mul occurrit Festum S. Philippi Be-
nitii Confess. (quod ab anno 1694.
4. Octobr. est *Dupl. min. de praecepto*)
ideo *Officium*, & *Missæ* privatæ fiunt
hæc die de S. Philippo Benitio: &
in Officio quidem dic. omnia, ut in
Communi Confess. non Pontif. ex-
ceptâ orat. propr. & *Lectio*nibus,

[Pars II.]

quæ in 1. Noctur. dic. de Scriptura
Feriæ current. nisi ponendum sit
Initium Libri S. Scriptur. nondum
positum, v. g. Initium Libri Eccle-
siastici ex I. Noctur. Dominicæ præ-
cedentis, Casu quò hodierna *Vigi-
lia* incidit in *Feriam II.* In II.
Nocturn. propriæ. In III. Noct.
de Homilia in Evangelium: *Nolite ti-
mere &c.* ut in Commun. Confess.
non Pontif. 2. locò. cum 9. *Lectio-
ne* (nisi hodie occurrat *Dominica*)
& Commemoratur. in *Laudibus* de *Vi-
gilia S. Bartholomæi*, sumendo *Le-
ctionem* illam 9. (de Homilia S.
Gregor. in Evangel. *Hoc est prae-
ceptum meum*) ex Communi Sancto-
rum de *Vigilia Apostolor. fol. I. Antiph.
& Vers.* verò pro Commemoratione
ex *Feria* current. de *Psalterio*. Orat.
denique dicendo, ut ibi. Extra Ro-
mam prænuntiatur hodie in *Marty-
rologio* Festum S. Bartholomæi A-
postoli, Romæ verò cras. Arnaud.
Tr. 2. P. 4. Tit. 31. hîc.

Missæ privatæ de S. Philippo
Benitio: *Justus, ut Palma &c.* 2. de
Communi Confess. non Pontif. cum
Gloria, sine *Credo*, & cum *Comme-
moratione* de *Vigilia S. Bartholo-
mæi*, nisi veniat in *Dominica*, su-
miturque ex *Missæ*: *Ego autem sicut
Oliva &c.* ut in *Vigilia un. Apostol.*
in *Communi Sancto- rum. fol. I. Præf. Com-
mun.* In fine Evangel. *Vigil. Col.*
Alb.

[L]

In

In Ecclesijs autem Cathedralibus, & Collegiatis dic: modò in hodierna Vigilia, extra Dominicam occurrente, duæ Missæ Conventuales. Prima de Festo post Tertiam, cum Gloria sine Credo & absque Commemoratione Vigil. Præfat. Communis. In fine Evangel. S. Joannis. Col. Alb. Altera de Vigilia post Nonam, sine Gloria & Credo. Orat. 2. Conceda. 3. Eccl. s. s., vel pro Pap. uti notantur post Dominicam in Albis. Præfat. Commun. Evangel. S. Joannis. Col. Viol. Rubric. Missal. hîc.

Si hodie occurrat Dominica, tunc, quia Vigilia S. Bartholomæi cum suo Jejunio anticipatur juxta antè dicta ad Sabbatum præcedens, nec in Officio, nec in Missa, fit hodie aliquid de Vigilia, fit autem utrobique tunc Commemoratio de Dominica occurrente, cum 9. Lectione de eadem in Officio, & ultim. Evangel. in Missa. Col. Alb.

VESPERÆ dic: sub Ritu duplici 2. Classis de Festo seq. S. Bartholomæi Apostoli, ubi is celebratur die 24. August. cum Commemoratione S. Philippi Benitij Confess. & Dominicæ, si quæ cras sequatur, non tamen Dominicæ hodie occurrentis. Col. Rub.

Ubi verò Festum S. Bartholomæi Apostol. celebratur 25. Augusti (uti Romæ) ibi die 23. fit quidem Officium, & Missa de S. Philippo Benitio, ut supra, at verò Vigilia

unà cum Jejunio de precepto transferuntur ibi in diem 24. Festum verò S. Bartholomæi in diem 25. & Festum S. Ludovici in diem 26. ut hac in Dominicam incidente, diem aliam proximam non impetram hujus Mensis: Præmittuntur quoque Vigiliæ in Martyrologio ubi unò die seriùs, quàm alibi nempe 23. hujus, ut monet Gavarrus Tom. 2. Sect. 7. C. 10. ad diem 23. Augusti. Porro Officium Vigiliæ fit si ea ob occurrentem die 24. Augusti Dominicam anticipetur ad diem 23. fit in ejusmodi locis totum feriatum ut in Plalterio de Feria currente. Lectiones tres dicuntur in Nocturno de Homilia S. Gregor. Pap. in Evangel. Hoc est Præceptum meum, ut in Vigilia Apostolorum in Communione Sanctior. fol. I.

Responsorialia de Feria currente, nisi sumenda sint ex I. Nocturno Dominicæ præcedentis, ob quòd nondum primò sint posita hoc Mense. Ad laudes, & omnes Horas dicuntur, & quidem (sunt in Choro) flexis genibus Preces feriales, ac post eas Oratio de Vigilia, ut ea notatur in loco, cui in Lectionibus subjungitur Commemoratio ferialis de Cruce, & huic Suffragia Sanctor. Col. Viol.

MISSA fit ibi de eadem Vigilia, uti notatur in Communione Sanctorum in Vigilia un. Apostolorum I. hinc Gloria & Credo, Orat. 2. Col.

Concede. 3. Ecclesie, vel pro Pa-
tri, nisi ratione Mensis, aut Feriae
iudicandum sit secundò, aut penul-
timò locò *Fidelium*, & 3. seu ultimò
locò Orat: *Concede*. Præfat. Com-
mun. In fine *Benedicamus*, & Evan-
gel. S. Joannis. *Col. Viol.* Si dies
24. Augusti in loco, quò Festum S.
Bartholomæi celebratur die 25. e-
vangel. sit prima dies mensis non
impedita Festò 9. Lctionum, tunc
ibi observanda est Rubrica general.
V. Missal. n. 1. ut suprà die 23. Jun.
in Vigilia S. Joannis Baptistæ, & die
9. Augusti. in Vigilia S. Laurentij.
Vesperæ de S. Bartholomæo Apost.
sub Ritu duplici 2. Classis. *Col. Rub.*

Eos, quibus alioquin à Sede
Apostolica est concessum, ut semel,
vel pluries singulis Hebdomadibus,
aut mensibus dicere queant *Officium*,
& *Missam* diebus, Festo aliquo duplici,
aut semiduplici non impeditis, de
tertio aliquo Mysterio, aut Sancto,
non posse id facere vi ejusmodi In-
dultu in hac, aut quacunque alia
Epistola, constat ex Decreto S. R. C.
suprà 23. Februar. allegato.

NB. Festum Sequens S. Bar-
tholomæi Apostoli celebratur secun-
dum Consuetudinem locorum, vel
die XXIV. vel XXV. Augusti. Ro-
mæ celebratur XXV. & de S. Lu-
dovico (nisi veniat in Dominica)
fit ibi die XXVI. *Rub. Miss. & Brey.*
roman. hic.

24. Extra Romam, & loca

morem Romanum imitantia, cele-
bratur hodie Festum S. Bartholomæi
sub Ritu duplici 2. Classis. *Col. Rub.*
Officium, ut in Communi Aposto-
lorum & propriò locò. Si incidat
in Dominicam, fit de hac in *Officio*,
& *Missâ* Commemoratio, cum 9.
Lctione in illo, & ultimò de eadem
in hac Evangelio.

MISSA, uti notatur, cum *Glo-
ria*, & *Credo*. Oratio unica, nisi oc-
currat Dominica, Præfat. de Apосто-
lis.

In II. VESPERIS (quæ, exce-
pta oratione, dicuntur cum Anti-
phonis, Psalmis, ac reliquis, ut in
Communi Apostolorum in II. Ve-
speris) fit Commemoratio Domini-
cæ hodie occurrentis, si quæ hodie
occurrat, & postea S. Ludovici Con-
fess. habentis Orationem propriam.
Si cras occurrat Dominica, fit de il-
la sola in hodiernis Vesperis Com-
memoratio; S. Ludovicus autem,
ubi habet Ritum duntaxat Semidu-
plicem, transfertur tunc in diem
proximam Festò 9. Lctionum non
impeditam. *Col. Rub.* Sicubi ho-
die occurrat Festum anniversarium
Dedicationis propriæ Ecclesie, fit
hodie de illo cum Commemoratio-
ne Dominicæ occurrentis, & nona
de eadem Dominica Lctione, ac
ultimo Evangelio, respectivè in *Of-
ficio*, & *Missâ*, dicendis de Dedic-
tione; Festum autem S. Bartholo-
mæi transfertur (attamen in solo

[L] 2]

Chq-

Choro) in diem aliam Festò 9. Lectionum non impeditam. Ubi S. Bartholomæus est Patronus Titularis Ecclesiæ, ibi celebratur sub Ritu duplici 1. Classis, & cum Octava, infra quam in II. & III. Nocturno dicuntur Lectiones, prout notantur in Octavario Romano à fol. 183. & 153. ac respectivè 159.

Romæ, & ubi Festum S. Bartholomæi celebratur 25. hujus, ibi fit hodie de Vigilia S. Bartholomæi, modò heri declaratò, servatùrque Jejunium de præcepto, nisi ob currentem hodie Dominicam anticipari debeat ad Diem precedentem.

25. S. LUDOVICI Reg. & Confessoris (extra Romam, & loca Romanum morem imitantia) Semidupl. Col. Alb. In Officio omnia dicte Communi Confess. non Pontif. excepta Oratione propria (terminanda juxta Rubric. gen. IX. Missal. n. 17. per verba: *Qui tecum vivis &c.* non autem *per emendam Dominum &c.* ut quædam habent Breviaria) ac Lectionibus, quæ in I. Nocturno de Scriptura Feriæ currentis, nisi ponendum sit Initium alicujus Libri S. Scripturæ nondum positum. In II. & III. Nocturno propriæ.

MISSA, uti notatur 25. Augusti, cum Gloria, sine Credo (nisi in propria Ecclesia &c.) Oratio 2. *A Cunctis.* 3. Ad libitum, Præf. Commun.

In II. VESPERIS Commemoratio S. Zephyrini Pap. & Martyris Oratio propr. cui, si cras fit Sabbatum, præmittitur Commemoratio de B. V. in Sabbato, ut ibi. Col. Alb. Si verò cras occurrat Dominica, annum, fit hodie à Capitulo de Commemoratione S. Ludovici & S. Zephyrini. Col. Vir. nisi alicubi occurrat Octava, tunc enim debet esse Color Octavæ conveniens, cum ejus Commemoratione post Commemorationem de S. Ludovico.

Romæ autem, & in locis in quibus est Similis consuevit celebratur hodie Festum S. Bartholomæi Apostol. ut supra; ibique in II. Vesperis fit Commemoratio Ludovici, nec non S. Zephyrini, quæ tamen ultima Commemoratio (ut & Commemoratio de B. V. in Sabbato, alioquin Commemoratio S. Zephyrini præmittenda) non omittitur, ubi S. Bartholomæus duplex 1. Classis. Col. Rub. Si nondum dictum est Officium Defunctorum pro 1. Die Mensis Augusti non impedita Festò 9. Lectionum, tunc ubi cras fit de Simplici, dic: hodie in Choro post Vesperas diei *Vesperarum Defunctorum*, & cras unum Nocturnum Feriæ correspondens, cum Laudibus Defunctorum, modò supra die 2. Augusti declaratò.

26. S. Zephyrini Papæ & Martyris. Simplex, seu trium Lectionum, Col. Rub. Nisi hodie occurrat

tu fieri Officium 9. Lectionum [v.g. de Dominica, aut die infra Octavam, aut de Festo Duplici, vel Semiduplici, seu occurrente, seu translato] vel de S. Maria in Sabbato, Officium, & Missa sunt hodie de S. Zephyrino Pap. & Mart. & Officium quidem hunc Modum: Ad Marulinum Festi Invictorio, & Hymno de Sancto, ut in Communi unius Martyris, dicitur Nocturnum de Psalterio Feriæ occurrentis, cum Antiphona, & 12. Psalmis, ut ibi: in hunc fine dic. Versus de Festo, ut in qualibet Feria notatur: deinde duas Lectiones, de Scriptura Fer. currenti, ut notatur in proprio loco. *Absolutio, & Responsoria* post primas duas Lectiones sumuntur [perinde ut Versus post 12. Psalmos] ex eo Nocturno de Communi unius Martyris, qui Feriæ currenti respondet, nampe Feriâ II. & V. ex I. Nocturno de Communi un. Martyr. Feriâ III. & VI. ex II. Nocturno Feriâ IV. ex III. Noct. Post tertiam verò Lectionem dic. *Te DEUM Laudamus &c.* ac proinde in fine 2. Responsorij, quando id sumitur ex I. aut II. Nocturno, dicendum est: *Gloria Patri* cum Repetitione partis Responsorij, ad eum modum, quò fit in II. Responsorio III. Nocturni unius Martyris. *Benedictio* 1. *Ille nos benedicat &c.* 2. *Cujus Festum colimus &c.* 3. *Ad Societatem &c.* Ad *Laudes* in quarum fine dic. *Suffragia*

Sanctorum, sine Commemoratione de Cruce) & per Horas usque ad Nonam (quæ terminatur *Officium simplex*) dicuntur omnia, ut in Festo semiduplici unius Martyris, exceptâ oratione, quæ est propria, cum Precibus ad Primam. Si hodie sit Sabbatum, aut hodierna Dies sit prima dies Mensis Augusti, non impedita Festo 9. Lectionum, tunc circa Officium Defunctorum, & Missas hodie dicendas, tum intra, tum extra Ecclesias Collegiat. observanda sunt ea, quæ suprâ die 1. & 2. Augusti. Si idem hoc Festum simplex incidat alicubi in Feriam II. quæ non sit prima dies hujus Mensis non impedita Officiò 9. Lectionum, tunc *Missa* etiam *conventualis* dic. de eo, attamen tam in illa, quàm in Missis privatis facienda est secundò, seu penultimò locò Commemoratio generaliter pro Defunctis, dicendo Orationem *Fidelium*. Rubr. Gen. Miss. V. n. 2.

MISSA: *Sacerdotes DEI &c.* (2. de Communi unius Martyris) cum *Gloria*, sine *Credo*. Oratio prima propria, non item correspondens ei *Secreta*, & *Postcommunio*. Oratio 2. *A cunctis*. 3. Ad libitum, nisi ratione Mensis, aut Feriæ II. Secundò vel penultimò locò dicendum sit *Fidelium*, & 3. *A cunctis*. Præfatio Commun.

Romæ, & in locis, in quibus est eadem consuetudo, celebratur hodie Festum S. Ludovici Regis

gis, & Confess cum 9. Lectione, & Commemoratione S. Zephyrini in Laudibus & Missa, in qua proinde 3. Oratio ibi est *A cunctis*. In Hymno: *Iste Confessor* mutatur quoque ibi 3. Versus.

Vesperæ (nisi hodie, vel cras occurrat fieri de Festo 9. Lectionum, aut de B. V. in Sabbato) sunt feriales de Feria currente, ut in Psalterio; Oratio Dominicæ præcedent: Cui subjungitur Commemoratio de cruce, & huic Commemorationes Communes, seu Suffragia Sanctorum. *Col. Vir.* Ut supra Parte I.

Si hodie factum sit de Festo 9. Lectionum, crastina autem dies sit I. dies hujus Mensis non impedita Officio 9. Lectionum: tunc hodie post Vesperas diei dic: Vesperæ Defunctorum modò supra die 1. Augusti declaratò.

27. Si hodierna dies sit I. dies Mensis non impedita Officiò 9. Lectionum, Officium fit usque ad Nocturnam inclusivè de ea, ut supra Parte I. Dicendumque tunc hodie post Laudes diei unum Nocturnum (Feriæ currenti Correspondens) unà cum Laudibus Officij Defunctorum, & Missa principalis (quotidiana Defunctorum) dicenda generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & alijs. In Missis autem privatis (dicendis de Feria currente,

ut in Dominica præcedente, ac Gloria, & Credo, ac cum Benedictione in fine) Oratio 2. Est *Fidelium A cunctis*. Si hodierna Dies Feria II. aut dies Sabbati non impedita Officiò 9. Lectionum, circa Officium, & Missam hodiernam observanda sunt pariter ea, quæ supra Parte I. infra hanc Hebdomadem, non in Rubrica Gen. Missal. V. præscribuntur.

VESPERÆ in Ecclesia vniuersali dic. sub Ritu duplici min. de sequenti Festo S. Augustini Episcopi Confess. ac Eccles. Doctor. ut in Vesper. de Communi Confess. titif. excepta oratione, quæ est propria, & Antiph. ad *Magnificat*, quæ in utrisque est: *O Doctor optime* fitque Commemoratio de S. Hieronimo Mart. ut ibi, huic autem præceditur Commemoratio Dominicæ, quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Vir.* Ubi autem Festum S. Augustini celebratur Ritu duplici I. Classis, ibi hodie in 1. Vesperis, nec cras in reliquo Officio, ac Missa fit aliquod de Festo Simplicis S. Hermæ hodie occurrente, uti nec de Dominica quæ hodie occurrat, bene tamen de Dominica subsequente, si quæ cras sequatur. Et quia in ejusmodi hodie celebratur S. Augustinus cum Octava, Lectiones, in II. & III. Nocturnis infra illam dicendæ, peti debent in Octavario Romano à fol. 399.

28. S. AUGUSTINI Episcopi Confessoris, & Eccles. Doctor. In Ecclesia universal. dupl. min. Col. Alb. In Officio omnia dic. ut in Communi Confess. Pontif. exceptâ oratione propr. & Lectionibus, quæ in 1. Nocturn. sunt *Sapientiam omnium &c.* Libro Ecclesiastici, ut in Communi Doctorum. In II. Nocturn. In III. de Homilia S. Augustini in Evangelium: *Vos estis Sal &c.* in eodem Communi Doctor. Responsorium Octavum: *In Medio Ecclesie &c.* ut ibidem. In Laudibus fit Commemoratio S. Hermetis Martyr. (in Lectione) in Ecclesia universal.

MISSA (in quibusdam Missalibus extans in ordine) *In medio Ecclesie &c.* ut in Communi Doctor. excepta Oratione, quæ est propria, non item correspondens ei Oratio Secunda, & Postcommunio. Dic. in ea *Gloria, & Credo*, cum Commemoratione S. Hermetis Martyr. ut ibi. Præfatio Communis. Si hodie occurrat Dominica, fit de ea in Officio, & Missante Commemorationem de S. Hermete Commemoratio, cum 9. de eadem Dominica in illo Lectione, ultimo autem in hac de eadem Dominica Evangelio. Col. Alb.

In II. Vesperis fit à Capitulum de Decollatione S. Joannis Baptistæ sub Ritu duplici min. ut in 1. Vesperis de Communi unius Martyris, ac proprio loco, cum Commemoratio-

ne Præcedentis (per Antiph. *O Doctor optime &c.*) & S. Sabinae Martyr. ut ibi, cui præmittitur Commemoratio de Dominica, si quæ hodie, aut cras occurrat, nisi ubi Decollatio S. Joannis est 1. aut 2. Classis, ibi enim nec de S. Sabina, nec de Domioicâ hodie occurrente (bene tamen de Dominica cras occurrente) fit in hodiernis Vesperis Commemoratio. Col. Rub. Ubi Solennes de Decollatione S. Joannis Baptistæ cantantur *Vespera*, ibi Officiator ad initium Hymni *DEUS tuorum militum &c.* jungit, extendit, & elevat manus, ac caput versus Altare inclinat, juxta eam quæ tradit Bauldry Parte 2. c. 11. a. 1. n. 25. citans Cærem: Episcop. L. 2.

Quænam autem in loco, in quo Festum Decollationis S. Joannis Bapt. celebratur cum Octava, dicendæ sint infra Octavam Lectiones in II. & III. Noct. vide in Octavario Romano fol. 182.

29. DECOLLATIO S. JOANNIS BAPTISTÆ: Dupl. min. Col. Rub. Officium dic. ut in Communi Unius Mart: & propr. locò, cum 9. Lectione, & Commemoratio. in *Laudib.* de S. Sabina Marr. ut ibi, nisi hodie occurrat Dominica; tunc enim 9. Lectio dic. de Dominica hodie occurrente, non autem de S. Sabina, de qua eò annò post Commemorationem de Dominica fit tantum Commemoratio.

MIS-

MISSA propria, cum *Gloria*, sine *Credo*, (nisi veniat in Dominica) Commemoratio de S. Sabina M. & ante eam de Dominica occurrente, & tunc ultimum de ead. quoque Dominica dicitur Evangelium. Præf. Commun. *Col. Rub.*

VESPERÆ in Ecclesia universali dicuntur integræ de Decollatione S. Joannis Baptistæ. Psalmi, Capitulum & Hymnus, ut in II. Vesperis in Communi unius Martyris: Anziphonæ, & reliqua, ut in proprio loco, fitque Commemoratio SS: Felicis & Adauſti MM. ut ibi, & ante eam Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Rub.* At ubi cras celebratur Ritu duplici Festum S. Rosæ Virg. Limanæ (uti in Locis Catholico Hispaniarum Regi, Augustissimo Romanorum Imperatori, Domuique Austriacæ subjectis) ibi Vesperæ hodiernæ à Capitulo dicuntur de S. Rosa. ut in I. Vesperis in Communi Virginum (præter Orationem, quæ est propria) cum Commemoratione præcedent. & Ss. Felicis, & Adauſt. MM. nec non [ante hos] Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Alb.*

Quando in hunc diem incidit Dominica I. Septembris, tunc ibi, ubi hanc Dominicam celebratur Festum Ss. Angelorum Custodum sub Ritu Duplici 2. Classis, & cum Octava, Festum hodiernum Decollationis S. Joannis Baptistæ trans-

fertur in primam diem [etiam in Octavam] Festo 9. Lectionum impeditam; de S. Sabina M. fit ibi, post Commemorationem Dominicæ, solummodo Commemoratio, & quidem in Laudibus, & Missis privatis tantum, non autem Missa Solenni, nec etiam in Vesperis. Quomodo autem alter sit ordinandum Officium, & Missa Angelorum Custodum, tum in Festo, tum etiam per ejus Octavam in ejusmodi locis, vide supra Dominicam I. Sept.

30. In Ecclesia universali [nisi hac die occurrat Sabbatum Dominica, aut Festum translationis Lectionum] fit hodie Ritu Simpli Ss. Felice, & Adauſto MM. Col. Rub. Ad Matutinum dicitur Invitatorium, Hymno de Sanctis MM. ut in Communi Plur: M.M. dicitur Nocturnus Feriæ occurrentis, ut in Psalterio, & ejus sine Versus de Festo ibi notatur desumptusque ex eo Nocturno Communis plur. MM. qui Feriæ currenti correspondet: Deinde post Absolutionem [Feriæ currenti pariter respondentem] Benedictiones: *Deus benedicat &c.* & tres Lectiones: Scilicet de Scriptura Feriæ currentis, si ponendum sit Initium alicujus libri S. Scripturæ nondum positum, & Tertia de Sanctis, de quibus fit Officium, uti notatur in Proprio Sanctorum. Responsorialia duo post primam & secundam Lectionem sum-

attamen tam in istâ, quàm in Missis
privatis faciendâ tunc est secundò,
seu penultimò locò Commemoratio
generaliter pro Defunctis, dicendo
Orat. *Fidelium*. At

Quæres hîc: An, quando hoc
Festum simplex incidit in Feriam
II. post Dominicam I. Septembris,
(uti in Ecclesia universali incidebat
annò 1700.) an, inquam, tunc Fe-
ria illa II. habenda sit pro Die I.
Mensis *Septembris* non impedita, ad-
eoque in illa dicendum sit Officium
Defunctorum pro *Mense Septembri*, &
duæ Missæ Conventuales in Eccle-
sijs Cathedralibus, & Collegiatis
sint celebrandæ per Rubricam Gen.
V. Missal. n. I. an verò Feria illa
secunda etiam in tali Casu censenda
sit spectare ad Mensem Augustum,
adeoque (nisi sit I. Dies Mensis
Augusti non impedita Officiò 9. Le-
ctionum) sufficiat in illa *Missâ* tam
principalis (dicenda de Festo) quàm
in *Missis privatis*, facere Commemo-
rationem solummodo locò penult.
generaliter pro Defunctis, dicendò
Fidelium. 2. DIRECTORIUM ROMA-
NUM illius anni non habuisse Feriam
II. incidentem in Diem 30. Augu-
sti pro I. Die Mensis Septembris non
impeditâ Festò 9. Lectionum (ut ut
venerit infra Hebdomadem I. Sep-
tembris more Ecclesiastico numera-
tam) sed Directorium illud pro Die
1. Mensis Septembris non impeditâ
Festò 9. Lectionum habuisse Feriam

attamen tam in istâ, quàm in Missis
privatis faciendâ tunc est secundò,
seu penultimò locò Commemoratio
generaliter pro Defunctis, dicendo
Orat. *Fidelium*. At

[Pars II.]

attamen tam in istâ, quàm in Missis
privatis faciendâ tunc est secundò,
seu penultimò locò Commemoratio
generaliter pro Defunctis, dicendo
Orat. *Fidelium*. At

Quæres hîc: An, quando hoc
Festum simplex incidit in Feriam
II. post Dominicam I. Septembris,
(uti in Ecclesia universali incidebat
annò 1700.) an, inquam, tunc Fe-
ria illa II. habenda sit pro Die I.
Mensis *Septembris* non impedita, ad-
eoque in illa dicendum sit Officium
Defunctorum pro *Mense Septembri*, &
duæ Missæ Conventuales in Eccle-
sijs Cathedralibus, & Collegiatis
sint celebrandæ per Rubricam Gen.
V. Missal. n. I. an verò Feria illa
secunda etiam in tali Casu censenda
sit spectare ad Mensem Augustum,
adeoque (nisi sit I. Dies Mensis
Augusti non impedita Officiò 9. Le-
ctionum) sufficiat in illa *Missâ* tam
principalis (dicenda de Festo) quàm
in *Missis privatis*, facere Commemo-
rationem solummodo locò penult.
generaliter pro Defunctis, dicendò
Fidelium. 2. DIRECTORIUM ROMA-
NUM illius anni non habuisse Feriam
II. incidentem in Diem 30. Augu-
sti pro I. Die Mensis Septembris non
impeditâ Festò 9. Lectionum (ut ut
venerit infra Hebdomadem I. Sep-
tembris more Ecclesiastico numera-
tam) sed Directorium illud pro Die
1. Mensis Septembris non impeditâ
Festò 9. Lectionum habuisse Feriam

attamen tam in istâ, quàm in Missis
privatis faciendâ tunc est secundò,
seu penultimò locò Commemoratio
generaliter pro Defunctis, dicendo
Orat. *Fidelium*. At

[Mm] IV.

IV. subsequentem, quæ annò illò incidebat in ipsas Calendas, seu Diem 1. Septembris, pro quâ proin Officium Defunctorum cum pridianis eorum Vesperis &c. præscripsit; pro Feria autem II. præcedente solummodo Orationem *Fidelium*, in Missa de Festo secundò locò dicendam.

VESPERÆ in Ecclesia universali dic: sub Ritu duplici min. de sequenti Festo S. Raymundi Nonnati Confess. dicendo omnia, ut in I. Vesperis de Communi Confess. non Pontif. excepta Oratione, quæ est propria: In Hymn. *Iste Confessor* mutatur 3. Vers. & fit Commemoratio Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Alb.*

NB. In Locis Catholico Hispaniarum Regi, Augustissimo Romanorum Imperatori, Domusque Austriacæ subiectis fit hodie Ritu duplici min. de S. Rosa Virgine Limana, dictâ à S. MARIA. In OFFICIO omnia dic: ut in Communi Un. Virginis non Martyr. præter Orationem, quæ est propria, & Lectiones I. Nocturni, quæ sunt de Scriptura Feriæ currentis (nisi ponendum sit Initium Libri Sacr. Scriptur. nondum positum ex I. Nocturno præcedent: Dominicæ) nec non II. Nocturn. quæ sunt propriæ, & extant in Calce Breviarij. Lectio III. Nocturn. de Homil. S. Gregor. in Evangel. *Simile est Regnum Cælorum decem*

Virginibus &c. cum 9. Lectione, & Commemoratione in *Laudibus* Ss. Felicis, & Adaucti MM. nisi occurrat Dominica; tunc enim 9. Lectio de Homilia in Evangel. Dominicæ currentis, & Commemoratione dictis Ss. Martyribus fit post Commemorationem de Dominica in Vesperis, ac *Laudibus*. *Col. Alb.*

MISSA: *Dilexisti*, ut in Communi Virgin. tantum, cum Gloria sine *Credo* (nisi veniat in Dominica, &c.) Oratio propria, extracta sine Missal. Commemoratio de S. Felice, & Adaucto MM. excurrat. cui præmittitur Commemoratio de Dominica, si quæ hodie occurrat, & de eadem Dominica legitur tunc ultim. Evangel. Præf. Commun. *Col. Alb.*

Vespera usque ad Capitulon de S. Rosa, ut in Communi Virgin. tant. à Capitulo verò dic: de S. Raymundo Nonnato Confess. ut supra cum Commemoratione S. Rosæ, ut in II. Vesperis Virgin. tant. necnon Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Alb.*

Quando in hunc Diem incidit Dominica I. Septembris (ut annò 1711.) tunc ibi, ubi hæc Dominicâ celebratur Festum Ss. Angelorum Custod. sub Ritu duplici secundæ Classis, ac cum Octava, Festum S. Rosæ transfertur in I. Diem infra Octavam Angelorum non impediatam Festò 9. Lectionum, de Ss. Mart

tyribus vero Felice, & Aduasto fit
ubi, post Commemorationem Do-
minicæ, solummodo Commemora-
tio, & quidem in Laudibus, & Mis-
sa privatis tantum, non autem in
Missa solenni, nec etiam in 1. Ve-
speris. Vide dicta 29. hujus in fi-

31. S. RAYMUNDI Nonnati
Confess. Dupl. min. Col. Alb. In
Officio omnia, ut in Communi Con-
fess. non Pontif. excepta Oratione,
quæ est propria. In Hymn. *Iste*
Confessor muratur 3. Vers. LECTIO: I.
Nocturni de Libro Ecclesiastici: *Be-*
nedicite &c, ut in Comuni Confess.
non Pontif. 2. Locō. II. Nocturni
proprie. III. Noctur. *Sint Lumbi* &c,
ut in Comuni Confess. non Pon-
tif. 1. Locō. Si hodie occurrat Do-
minica, dic: de ea 9. Lectio in Offi-
cio, & ult. Evangel. in *Missa*, cum
Commemoratione de eadem Domi-
nica in Laudibus, ac itidem in Missa,
quæ est: *Os iusti* &c, 1. de Com-
muni Confess. non Pontif. dicitur-
que cum *Gloria*, sine *Credo* in Eccle-
sia universalis, ac cum unica Ora-
tione, eaque propria, nisi veniat in

Dominica, aut infra Octavam Ss.
Angelorum Custodum, ubi ea cur-
rit; tunc enim dicitur *Credo*, & fit
Commemoratio Dominicæ, & cur-
rentis Octavæ. Præf. Commun. Col.
Alb.

In II. Vesperis fit Commem-
morat. S. Egidij Abbatis. Orar.

Intercessio nos, quasumus &c, ut in Com-
muni Confess. Abbatis, & postea Ss.
duodecim Fratrum MM. ut ibi: cui
utrique Commemorationi præmit-
titur Commemorat. Dominicæ, si
quæ hodie, vel cras occurrat. Col.
Alb. Quod si crastina Dies sit prima
Dies Mensis non impedita Officiō 9.
LECTIO: tunc hodie post Vesperas
Diei dictō *Benedicamus Domino* cum
DEO Gratias, dic: in Choro Vesperæ
Defunctorum pro Mense sequenti.

Quando in hunc Diem incidit Do-
minica I. Septembr. tunc ibi, ubi
hæt Dominicâ celebratur Festum Ss.
Angelorū Custodum sub Ritu dupli-
ci II. Classis, ac cum Octava, Festum
S. Raymundi transfertur in primam
Diem (etiam infra Octavam) non
impeditam Festō 9. Lectionum.

